CHRESTOMATHIA QORANI ARABICA

NOTAS ADIECIT GLOSSARIUM CONFECIT

C. A. NALLINO.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS WOLFGANG GERHARD.
1893.

MAGISTRO MEO CARISSIMO

ITALO PIZZI

D.

PRÆFATIO.

Omnibus qui in arabica studia incumbunt quanta sit Qorani assidue perlegendi necessitas non est hic disserendum, ea enim omnibus patet; pauca tantum igitur verba lectori praemittenda existimo, ut eum de ratione quam in hoc libello conficiendo secutus sum, certiorem faciam.

Sûras ita delegi ut adulescens facile in mente sua variam formam ac speciem qoranici sermonis adumbrare possit; qua re concinnae ac poeticae vetustiorum sûrarum orationis, primum, ut dicam, Muḥammedis divinum afflatum redolentium, non minus quam pedestris sermonis quo dissidia domestica componuntur vel minutissimi religionis ritus praescribuntur, exempla praebere conatus sum. Sûras igitur secundum temporum ordinem disposui, qualis e doctissimis Noeldekii studiis maxime probabilis esse videtur.

In notis, quae magis ad textum recte intellegendum erant necessaria paucis verbis exposui, et libros ubi ampliores rerum cognitiones invenire quisque potest indicavi; sed, ne libri molem nimis augerem, opuscula minora, quae etiam tiro semper in promptu habere debet, nimirum optima historiae Muḥammedis compendia a Nöldeke (1883), Krehl (1885) et Aug. Müller (Der Islam in Morgen- und Abendland, Berlin 1886—87, t. I, p. 44—207) confecta, consulto omisi. Ubique quae ex novissimis studiis comperta sunt breviter descripsi.

Notas quae ad rem grammaticam spectant, rariores gradatim feci, et fere ubique optimum Socini libellum necnon maius Casparii opus grammaticum citavi.

Glossarium adieci, in quo haud raro vel in dispositione radicum, vel in verborum significatione statuenda, a lexicis arabicis discedere mihi visum est. Interpretes et lexicographi muslimici, theologicis causis moti vel falsas traditiones secuti, genuinam vocabulorum potestatem interdum perturbavere; ego contra maxima ope usus sum ut index meus veram verborum significationem, qualis in mente erat Muḥammedis, praeberet. Qua in re locorum in Qorano similium comparatio, vetustissimorum carminum studium, praestantissimum Barthi opus de nominum in linguis semiticis formatione, necnon praecipuae Qorani versiones (praesertim anglicae Rodwelli et Palmeri, gallica Kazimirskii, germanicae Rückerti et Klamrothi) maximo auxilio mihi fuerunt. Verba haud arabicae originis semper notavi; denique hic illic comparatione cum linguis cognatis usus sum ut vocabulorum originem perspicue ostenderem, et ad studium philologiae semiticae iuvenum animos, praesertim si absque magistro arabicae linguae vacant, impellerem.

Accuratissime in glossario regimen verbi descripsi; ubi hoc explicite non indicatur, verbum accusativum regit. Ex. gr. «بدل II *alicui rem* (ب) *re* commutavit», i. e. arabice *alicui* et *re* in casu accusativo ponuntur.

Denique ne quis miretur quod, ut faciliorem libri intellectum redderem, concinnitate atque elegantia sermonis prudens abstinuerim.

Scripsi Augustae Taurinorum
mense Julio anni MDCCCXCII.

CAROLUS A. NALLINO.

COMPENDIA SCRIBENDI.

In glossario vocalis quae in imperfecto secundam litteram radicalem verbi afficit, notis *a*, *i*, *o*, apud perfectum positis, indicatur; ex gr. اكل = o أَكَلَ, imperfect. يَأكُلُ; قال = o قَالَ, imperfect. يَقُولُ. — Numeri romani II, III cet. verborum stirpes indicant.

a. = accusativum.
act. = actionis.
aeth. = aethiopice.
ar. = aramaice.
assyr. = assyria lingua.
c. = cum.
cet. = et cetera.
cf. = confer.
ci, cs = alicui, alicuius.
coll. = collectivum.
d. = duplici.
el. = elativus.
ex. gr. = exempli gratia.
f. = femininum.
gr. = graece.
hebr. = hebraice.
i. e. = id est.
m. = masculinum.
n. = nomen.
p. = personae.
pag. = pagina.
palmyr. = palmyrenice.
pers. = persice.
phoen. = phoenicia lingua.
pl. = pluralis.
pr. = proprium.
qa, qd, qm, qo, qs = aliqua, aliquid *cet.*
r. = rei.
rg. = regularis.
st. cst. = status constructus.
un. = unitatis.
v. = vide.

BARTH = BARTH, *Die Nominalbildung in den semitischen Sprachen.* Leipzig 1889—91 (numeri indicant §§).

C. = CASPARI, *Grammaire arabe traduite par E. Uricoechea.* Brusselles 1880 (indicantur §§).

CAUSSIN = CAUSSIN DE PERCEVAL, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme.* Paris 1847. 3 vol.

DVOŘÁK = DVOŘÁK, *Ueber die Fremdwörter im Ḳor'ân* (Sitzungsber. der k. Akad. d. Wissensch. zu Wien, phil.-hist. Cl., CIX Bd., 1885).

FRÄNKEL = FRÄNKEL, *De vocabulis in antiquis Arabum carminibus et in Corano peregrinis.* Lugduni Batavorum 1880.

GEIGER = GEIGER, *Was hat Muhammed aus dem Judenthum aufgenommen?* Bonn 1833.

GOLDZIHER = GOLDZIHER, *Muhammedanische Studien.* Halle a. S. 1889 – 90, 2 vol.

GUIDI = GUIDI, *Della sede primitiva dei popoli semitici* (Memorie dell' Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, ser. III, vol. 3°, 1879).

NÖLDEKE = NÖLDEKE, *Geschichte des Qorân.* Göttingen 1860.

S. = SOCIN, *Arabische Grammatik.* Karlsruhe 1885 (indicantur §§).

SPRENGER = SPRENGER, *Das Leben und die Lehre des Muḥammad.* Berlin 1861—65, 3 vol.

WEIL = WEIL, *Biblische Legenden der Muselmänner.* Frankfurt a. M. 1845.

ZDMG. = *Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft* (indicantur tomus, annus et paginae).

NOTAE.

I. — Sûrah 96.

Consentiunt viri docti fere omnes, vel muslimici vel nostrates, hanc sûram (usque ad quinti versus finem) primam omnium a Muḥammede vulgatam esse. — Formula بسم الله الرحمن الرحيم, quae بَسْمَلَة appellatur, omnibus sûris, praeter IX, praefigitur.

V. 2. — Cf. XXII, 5: «Profecto vos primo e pulvere creavimus, deinde e semine quod postea fit sanguis coagulatus, denique e carnis frusto partim formato et partim informi, ut *potentiam nostram* vobis manifestaremus.» V. etiam XVIII, 35; XXIII, 5; XXXII, 6—8; LXXV, 37—38; LXXVI, 2; LXXVII, 20; LXXX, 17—22.

V. 4. — I. e. misit librum scriptum Judaeis et Christianis, iam ante Muḥammedem natum. Qoranus ipse scriptus est primitus ab angelis in caelo (XIII, 39; LXXX, 11—15).

V. 5. — De يعلمْ v. S. 76 *c*; C. 383.

V. 7. — «Cum se ipsum videt» cet.

V. 10. — De اذا cum perfecto v. S. 73 *g*; C. 371.

V. 14. — يرى a رأى, v. S. 41 *b*; C. 180.

V. 15. — ينتهِ iussivus (cf. versum 5) VIII stirpis a نهى. — نسفعًا idem ac نسفعَنْ (impf. energ.). — Cf. LV, 41: «Arripientur *peccatores* per antias et pedes.» Veteres Arabes captivorum antias praecidebant, Disque vovebant; item antiarum devotionem Deos placare putabant. Traditur olim Muḥammed ipse dixisse: «Si quis e vobis mulieri nubit vel ancillam emit, earum antias arripiens Deum benedictionem roget»; quod e vetere superstitione manare videtur. Cf. proverbia apud Goldziher I, 250 collecta, et illud فَتَلَ ذُؤَابَتَهُ «torsit antias eius» i. e. consilio suo eum removit (Freytag, *Arabum Proverbia*, Bonnae 1838—43, tom. III, pars I, nr. 2306).

V. 17. — فلْيدعُ iussivus a دعا; de ل v. S. 76 *a*, Anm.; C. 364. — Versus 9—19 vulgati dicuntur contra Abû

'l-ḥakam ʿAmr, etiam *Abû Ǵahl* (i. e. pater feritatis) appellatum, qui fuerat ex optimatibus meccanis et Muḥammedis hostis infestissimus. Appellatur نادٍ hoc loco concilium principum meccanorum, quod suam aulam (دارُ النَّدْوَةِ) habebat, a Quṣayy (e maioribus Muḥammedis) apud Kábam exstructam.

V. 19. — تُطِعْهُ iussivus (S. 76 *b*; C. 382, 2) IV stirpis a طاع. — «Accede *ad Deum*.»

2. — Sûrah III.

V. I. — Hoc تَبَّتْ optandi significationem habet; S. 73 *d*; C. 367, 6.— يدا dualis st. cst. — *Abû Lahab* filius fuit ʿAbd al-Muṭṭalibi, igitur Muḥammedis patruus. Cum propheta familiares convocasset ut iis se a Deo missum esse diceret, «Dii te perdant,» inquit Abû Lahab, «propter hoc tantum nos convocasti?» Tunc hanc sûram Muḥammed dixit. Abû Lahab obiit die 21 ramaḍân anni 2 hiǵrae (27 Febr. 624), septimo die post pugnam Bedrensem.

V. 4. — «Cum (v. glossarium s. voce و) muliere sua, *quae erit*» cet. — حَمَّالَةَ est a. على الحال; S. 82 *b*; C. 409, 3. — *Umm al-Ǵamîl* Abû Lahabi uxor, virum contra prophetam incitabat, et in via per quam transiturus erat Muḥammed sentes ponebat, ut is pungeretur.

3. — Sûrah 105.

V. I. — تَرَ iussivus a رأى (S. 41 *b*; C. 180); ob لم praecedentem, perfecti significationem habet (C. 377). — De rege habesinico et christiano Arabiae felicis *Abrahah al-Aśram* agitur, qui ad Kábam funditus evertendam, cum magno exercitu et 13 elephantibus movit, eodem anno quo natus est Muḥammed (circiter 570 p. Chr. n.). Sed cum haud procul Mecca pervenissent milites, innumerae avium turmae, hirundinibus similium, a maris latere super eos advolarunt; et unaquaeque earum in rostro tres lapides ex luto cocto gerebat, quibus Abrahae milites iaculabatur. In singulis lapidibus nomen inscriptum erat militis qui ici debebat; et omnes qui percussi fuerant perierunt. — Re vera exercitus Abrahae variolis deletus est; v. CAUSSIN I, 268—280, et FERNANDEZ Y GONSALEZ, *La aparicion de la viruela en Arabia* (*Revista de ciencias históricas*, V, 1887, 201—216).

V. 5. — I. e. sicut ager cultus, super quem locustarum agmina, omnia vastantium, inciderunt.

4. — Sûrah 91.

V. I. — De و iurandi v. glossarium. — شمس, ut voces سماء, ارض, نفس, quae infra recurrent, sunt generis feminini.

V. II seqq. — De historia prophetae *Ṣâliḥ* agitur, quae saepe in Qorano (praes. VII, 71—77, XI, 64—71, XXVI, 141—158; LIV, 23—31) ita narratur: «Erant Ṯamûditae homines magni ac impii, qui domos suas in

rupibus apud al-Ḥiǵr effodiebant. Tempore Abrahami aetate anteriore, missus est ad eos propheta Ṣâliḥ, qui eosdem ad cultum unius Dei amplectendum hortaretur; sed Ṯamûditae, praeter paucos ex infima plebe, in Deum credere noluerunt, et tandem, ludibrii causa, Ṣâliḥ rogaverunt ut e quadam petra camelam educeret. Cum autem hic, Deo favente, e rupe camelam re vera eduxisset, Ṯamûditae homini Qodâr el-aḥmar appellato suaserunt ut camelam interficeret; quod cum factum esset, postero die Ṯamûditae omnes, praeter paucos qui Deum coluerant, in domibus suis mortui et in genua prostrati inventi sunt.— Ṯamûditae primo memorantur in inscriptione Sargonis, regis Assyriae, anno 715 a. Chr. n. confecta (*Ta-mu-du;* v. DELITZSCH, *Wo lag das Paradies*, Leipzig 1881, p. 304); iidemque sunt ac Θαμυδῖται Ptolemaei (VI, 7, 4) et «Thamudeni equites» exercituum romanorum, qui usque ad annum 450 p. Chr. n. circiter exstitisse videntur (CAUSSIN I, 24—28). De eorum historia perpauca scimus, quae doctissime exposuit GLASER, *Skizze der Geschichte und Geographie Arabiens bis zum Propheten Muḥammad*, Berlin 1890, t. II, p. 98—127. Arabiam meridionalem primitus habitasse videntur; deinde, iam Sargonis tempore, praesertim regionem Meccanam et partem al-Ḥiǵâzi quae est inter Yanboʿ et al-ʿAqabah. Serioribus temporibus, Ṯamûditarum pars praecipua tribus Liḥyân (Lechieni) fuit, cuius regnum ab anno 150 usque ad 475 circiter p.Chr. n. permansit. In media liḥyânitica regione, prope viam quae peregrinantes a Syria Meccam ducit, sunt urbes al-ʿOlá (26° 20′ lat. N.) et al-Ḥiǵr (26° 32′ lat. N.), inter quas, in altissimis rupibus, circiter 200 antra, magis quam ad 200 metra super saxorum radices, effossa sunt, super quae plurimae inscriptiones minaeae, nabathaeae et liḥyâniticae leguntur, ab *Euting* (annis 1883—84) praesertim collectae. V. HUBER, *Voyage dans l'Arabie centrale* (Bulletin de la Société de Géogr. de Paris, 1884, p. 516—521); DOUGHTY, *Travels in Arabia deserta*, Cambridge 1888; et de inscript. liḥyâniticis D.H.MÜLLER, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien* (Denkschriften d. k. k. Akad. der Wissensch. zu Wien, phil.-hist. Classe, 1889), a quo tamen forsan haud recte de summa Liḥyâni antiquitate disseritur.

5. — Sûrah 80.

V. 1 sqq. — Muḥammedem, cum nonnullis principibus Qorayśitarum loquentem ut eos in novam religionem induceret, adiit quadam die caecus pauper, qui prophetam de religione interrogare cupiebat. Muḥammed vero eum malo modo reiecit, qua re postea a Deo obiurgatus est.

V. 3. — لعلّه de Muḥammede dicitur.

V. 13. — I. e. in Qorani archetypo (ام الكتاب XIII, 39) qui apud Deum in caelo asservatur.

V. 16. — قُتِلَ est formula imprecandi (S. 73 *d*; C. 367, 6): «pereat», seu potius «ei maledicatur» (ita etiam LI, 10; LXXIV, 19, 20; LXXXV, 4). — ما اكفره formula admirandi (S. 44; C. 189).

V. 18. — Cf. ad XCVI, 2.

V. 34—37. — Cf. XVI, 122; XXXI, 32; LXX, 10.

6. — Sûrah 87.

V. 19. — Etiam Rabbini Abrahamo libros tribuunt; v. GEIGER 122.

7. — Sûrah 85.

V. 2. — Est dies resurrectionis et extremi iudicii.

V. 3. — Vario modo explicatur; mihi الشاهد Muḥammed, المشهود eius doctrina esse videntur. Cf. II, 137: «ita posuimus vos, *o Muslimi*, nationem mediam *inter alias*, ut sitis de hominibus testes, et sit legatus [i. e. Muḥammed] testis apud vos»; eademque XXII, 78 leguntur. V. etiam IV, 134.

V. 4. — Cf. ad LXXX, 16. — Arabes plerumque putant اصحاب الاخدود esse martyres christianos, qui in urbe Neǵrân, a Ḏû Nuwâs, rege Arabiae felicis iudaeo, in ignem in foveis succensum coniecti sunt. Qua re, anno 525 p. Chr. n., Habesinorum rex Kâleb ĕla Aṣbâḥ aggressus est Ḏû Nuwâs, eumque regno ac vita spoliavit. V. ZDMG. XXXV, 1881, 610—622; de Ḏû Nuwâs, CAUSSIN I, 120—135; W. FELL, *Die Christenverfolgung in Südarabien* (ZDMG. XXXV, 1881, 1—74). Minus bene HALÉVY (*Examen critique des sources relatives à la persécution des Chrétiens de Nedjrân*, in Revue des études juives XVIII, 1889, 16—42, 161—178) de discordiis inter christianorum sectas tantum agi putat. — Sed longe probabilior est Ibn ʿAbbâsi, celeberrimi Muḥammedis sodalis, sententia, quam GEIGER 196, NÖLDEKE 77 et LOTH (ZDMG. XXXV, 1881, 621) secuti sunt, aṣḥâb al-uḫdûd esse tres iuvenes Sadrak, Mĕšak et ʿŎbêd Nĕgô, qui, iussu regis Nĕbûkadneṣṣar, in fornacem sunt coniecti (*Dan.* III).

V. 18. — De Moyse et Pharaone multa in Qorano traduntur, praes. VII, 101—132; X, 76—92; XL, 25—48; XLIII, 45—55. Cf. GEIGER 159, WEIL 126—145. — De Ṯamûd v. ad XCI, 11.

V. 22. — Tabula aenea, quam Muslimi putant in septimo caelo custodiri.

8. — Sûrah 73.

V. 1. — «O vir, *iam ad dormiendum* pallio tuo te ipsum involvens.» Interpretes muslimici contra longam historiam narrant, Muḥammedem in monte Ḥirâ', ob subitam angeli Gabrielis visionem perterritum, se pallio involvisse, et hac re angelum ei dixisse: «O tu, pallio te involvens.»

V. 5. — I. e. Qoranus, quo multa gravissima et difficilia continentur.

V. 6. — I. e. prima nox est tempus aptissimum ad preces solvendas.

V. 10. — «Ergaid quod *infideles* dicunt.»

V. 13. — I. e. arbores ḍarîʿ et zaqqûm sentibus praeditae, sive sanies; quae omnia passim damnatorum cibus esse dicuntur.

V. 20. — Procul dubio versus hic est medînensis, et aliis multo posterior; v. NÖLDEKE 78. — يبتغون «cupientes *divitias sibi comparare.*»

9. — Sûrah 101.

V. 4. — Ita LXX, 9: وتكون الجبال كالعهن.

V. 5. — Bilances quibus opera bona ponderantur, etiam XXI, 48 et LVII, 25 memorat Muḥammed.

V. 6. — I. e. habitatio.

V. 7. — هيه pro هى, ad similem verborum exitum in fine versuum obtinendum; cf. LXIX, 19, 20, 26, 28, 29; — C. 36, *rem. d.*

10. — Sûrah 99.

V. 6. — «Secundum eorum opera.»

V. 7—8. — De iussivo cum من v. S. 102—3; C. 372, 382.

11. — Sûrah 82.

V. 10—11. — Cf. ad XVIII, 47.

12. — Sûrah 81.

V. 7. — I. e. denuo corporibus coniungentur.

V. 8—9. — Saepe Arabes antiquissimi puellas recenter natas vivas sepeliebant, vel paupertatis metu, vel quia eas inutile onus et fere dedecus existimarent; unde proverbium vetus دَفْنُ البنات مِنَ المُكْرِمات «filias *vivas* sepelire est e rebus generosis.» (FREYTAG, *Arabum proverbia*, Bonnae 1838—43, t. III, pars I, nr. 942). Hic tamen mos, iam Muḥammedis tempore, praeterquam in gente Tamîm, rarus erat; cf. *Hamasae carmina edid. Freytag*, p. 4, 117—118, 141; *Qoran.* XVI, 59. Mos etiam VI, 152; XVII, 33 reprobatur. Vide ROBERTSON SMITH, *Kinship and marriage in early Arabia*, Cambridge 1885, pag. 279 seqq.

V. 15. — De hoc لا v. glossarium.

V. 19. — انّه i. e. Qoranus.

V. 22. — Cf. ب in glossario.

V. 23. — «Vidit eum» i. e. angelum. Cf. LIII, 5—10: «Docuit eum [i. e. Qoranum] angelus validus robore, praeditus viribus, ita ut adaequate in horizonte altissimo consisteret. Postea descendit, tum propius accessit usque ad duorum arcuum intervallum aut eo minus; denique servo suo revelavit quae revelavit.»

V. 25. — Dicunt Muslimi Abrâhâm daemonem lapidasse, qui eum tentaverat ne divino imperio de filio Isaac immolando (*Gen.* XXII) obtemperaret; cf. GEIGER 84. In cuius rei memoriam, omnes qui peregrinationem meccanam faciunt, in valle Miná haud procul Mecca, lapillos quasi contra Satanam proiciunt.

13. — Sûrah 100.

14. — Sûrah 78.

V. 2. — I. e. de resurrectione.

V. 10. — I. e. ad terram tenebris cooperiendam.

V. 17. — Hoc loco, ut saepe in Qorano, كان supervacaneum est; item vers. 21.

15. — Sûrah 69.

V. 4 sqq. — De Ṯamûd v. ad XCI, 11; de 'Âd haec inter alia e Qorano (praes. VII, 63—70; XI, 52—63; XXVI, 123—140; XLI, 12—15; XLVI, 20—25) habentur: 'Âd (Ὀαδῖται Ptolemaei) erant populus antiquissimus ac superbus, idola colens, regionemque al-Aḥqâf habitans. Ad eos misit Deus Hûd (forsan idem est ac biblicus 'Êber, quem rabbini magnum prophetam existimant), qui 'Âditas ad veram fidem amplectendam hortaretur; sed cum ii prophetam semper irrisissent, a Deo omnes deleti sunt. — Al-Aḥqâf, ut monuit SPRENGER (*Alte Geographie Arabiens*, Bern 1875, p. 199), est regio arida in al-Ḥiǵâz septentrionali, non desertum nunc al-Aḥqâf appellatum in Arabia felici. LOTH (ZDMG. XXXV, 1881, p. 628) autem putat 'Âd esse nomen vernaculum corruptum ex Iyâd اياد, gente arabica antiquissima, quae commercium per deserta Syriae agebat, et in inscriptionibus palmyrenis יד Yad appellatur. Ita magna aedificia, quae Qoranus ipse 'Âditis tribuit, nonnisi magnae ruinae veterum Syriae urbium, ut Ba'lbakk et Palmyra, esse videntur. — De fabulis ab Arabibus relatis cf. GEIGER 113—119; WEIL 46—48; CAUSSIN I, 11—15; SPRENGER, I, 505—518; ZDMG. XXXV, 1881, 622—628.

V. 7. — فترى «ita ut videre potuisses.»

V. 8. — Ubi ad totum quoddam refertur, مِنْ, ut hebr. מִן, significat: ullus, aliquis, aliqua pars.

V. 13. — Die extremi iudicii in tubam insufflabitur, et mortui statim e sepulcris egredientur, VI, 73; XXIII, 103; XXXVI, 51; XXXVII, 19; LXXIX, 6; LXXX, 33; cf. *Jes.* XXVII, 13; *Zachar.* IX, 14.

V. 17. — Numerus octo angelorum solum consonantiae causa cum يَه — reliquorum versuum, sumptus videtur. NÖLDEKE 31.

V. 19. — Die resurrectionis, iusti dextera manu ferent librum, in quo res in vita actae scriptae sunt; iniqui vero sinistra (LXXXIV, 7—10). — De كتابيه v. ad CI, 7.

V. 30. — «*Tunc dicet Deus:* arripite» cet.; cf. XLIV, 47.

V. 38. — V. glossarium s. voce لا.

V. 40. — Quraysitae, e quibus erat Muḥammed, poesim parum excolebant; ipse autem eam aversabatur, nam poetae, eo tempore apud tribus arabicas summa auctoritate praediti (GOLDZIHER I, 45—49), multa ficta et novae religioni minime

consentanea canebant. Quare XXVI, 224—226 legitur: «Qui errant poetas sequuntur. Nonne vidisti eos per omnes valles [i. e. de omnibus rebus loquentes] veluti stultos pervagari? eosque quae non faciunt dicere?» Et XXXVI, 69 Allâh ita loquitur: «Muhammedem poetandi artem non docuimus, ea enim illum non decet: quae ipse praedicat non sunt nisi commonitio et recitatio facunda.» Item XXI, 5; XXXVII, 35; cf. CAUSSIN I, 353, III, 262; GOLDZIHER I, 52—53. — قليلا ما تؤمنون «paucum quod creditis» i. e. quam parum creditis!

V. 47. — De hariolis, multum apud Arabes paganos pollentibus, v. CAUSSIN II, 480, 582; MAÇOUDI, *Prairies d'or, éd. Barbier de Meynard*, III, 347—355; WELLHAUSEN, *Reste arabischen Heidentumes*, Berlin 1887, p. 130—135.

V. 47. — من احد «ullus», cf. ad vers. 8.

16. — Sûrah 56.

V. 8. — Cf. ad LXIX, 19. — ما interrogandi.

V. 10. — I. e. qui alios ad bona opera praecesserunt (nempe prophetae et primi eorum asseclae). Vox repetita apud Arabes saepe per emphasim adhibetur.

V. 12. — Jam GEIGER 46 docuit جنات النعيم respondere hebr. גַּן עֵדֶן i. e. hortus Èden, ubi עֵדֶן primitus nomen loci, seriore aetate «deliciarum, voluptatis» significationem accepit (DELITZSCH, *Wo lag das Paradies*, Leipzig 1881, p. 3—7); re vera undecies in Qorano جنّات عدن invenimus, ubi vocabulum hebr. est servatum. Multi tamen Muslimi عدن arabice interpretant «mansionem firmam»; cf. alia Paradisi nomina دار القرار «domus mansionis firmae» (XL, 42), جنّة المأوى «hortus commorationis» (XXXII, 19; LIII, 15) et جنّة الخلد «hortus aeternitatis» (XXV, 16). V. GRÜNBAUM, ZDMG. XXXIX, 1885, p. 580—581. — De Paradiso cf. praesertim XXXVII, 39—48; XLIII, 69—73; LV, 46—76; LXXVI, 5—22.

V. 34. — I. e. puellae, de quibus in vers. 22 dictum est.

V. 47. — أانا = أئنّا ; أإذا = ائذا.

V. 48. — «An etiam patres nostri» cet.?

V. 52. — De hac arbore XXXVII, 62—63 legitur: «Profecto ea est arbor quae egreditur in imo inferno; eius fructus sunt velut daemonum capita». Et XLIV, 43—46: «Certe arbor zaqqûm erit cibus iniqui; velut pix liquida in ventribus ebulliet, secundum aquae fervidissimae ebullitionem.» Etiam rabbini nonnulla de quadam arbore inferni narrant, GEIGER 68.

V. 61. — فيما «in iis formis quae» cet.

V. 66. — «*Dicentes:* nos sumus» cet.

V. 71. — Arbor ex qua ignem elicitis. Arabes duorum lignorum confricatione ignem accendebant, cf. XXXVI, 80: «*Deus*, qui ex arbore

viridi ignem vobit dat, cum ex illa flammam elicitis.»

V. 74. — De hoc لا v. glossarium.

V. 77. — I. e. apud Deum; cf. ad LXXX, 13.

V. 82. — Cf. LXXV, 26: إذا بَلَغَتِ التَّرَاقِيَ «cum ad claviculas pervenerit *anima*»; et persice (FIRDÛSÎ, *Śâhnâmeh* ed. Calcuttensis, p. 1237) كزان پس كه جانم رسيده بلب «nam postquam anima mea ad labia pervenit» i. e. cum haud procul a me sit mors.

17. — Sûrah 112.

18. — Sûrah 114.

19. — Sûrah 1.

Inscribitur etiam haec sûrah أمّ الكتاب «mater libri», سورة الكَنْز «sûrah thesauri», سورة الصلاة «s. precationis» cet.

V. 7. — Legendum est غيرِ, non, ut quidam volunt, غيرُ, et vertendum: «non eorum contra quos iracunde actum est *a te*.»

20. — Sûrah 76.

V. 1. — I. e. res nullius pretii fuit.

V. 8. — Pueris parentibus orbatis cibum praebere saepe Muḥammed praecepit, ut II, 218; IV, 2—6, 126; VI, 153; XII, 36; XC, 15; XCIII, 9; eademque res nonnunquam apud poetas anteislâmicos commendatur.

V. 9. — Initio versus subaudiendum est «dicentes».

V. 13. — I. e. non experientur aestum neque cet.

V. 21. — De colore viridi, qui, utpote in desertis Arabiae perrarus ac desiderabilissimus, omnium pulcherrimus ab Arabibus existimabatur, cf. DVOŘÁK 551.

V. 26. — I. e. longa noctis pars.

V. 27. — «Negligunt diem iudicii».

21. — Sûrah 44.

V. 1. — Quibusdam sûris litterae praefiguntur, quorum significatio Muslimis ipsis est ignota; forsan, praeeunte NÖLDEKE 216, sunt litterae compendiariae nominum eorum, qui has Qorani partes, ante quam Zayd ben Ṯâbit eas in unum librum collegisset, soli possidebant. Forsan حم = عبد الرحمن. Res tamen haud dubitatione caret, cf. NÖLDEKE, *Orientalische Skizzen*, Berlin 1892, p. 50—52.

V. 2—3. — De hac nocte vide sûram XCVII.

V. 13. — Dicebant Meccani omnia quae Qorano continentur, Muḥammedem a doctis advenis didicisse; cf. XVI, 105: «Bene iam novimus eos dicere: 'Haec quidam vir docet'. Sed lingua illius, quem volunt significare, est barbara; hic contra est purus arabicus sermo.» Et XXV, 5—6: «Dicunt *infideles:* Haec non sunt nisi mendacium quod ille (Muḥammed) finxit; gens peregrina eum in hoc adiuvit. Haec sunt veterum fabulae, quas ille scripsit; eadem ei mane et vespere *ab aliis doctis* leguntur.»

V. 14. — Paululum poena detracta,

ii ad mala facinora redibunt. — كاشفوا pro كاشفو, ut semper in Qorano; NÖLDEKE 256.

V. 17. — Moyses loquitur.

V. 33. — Dicunt infideles.

V. 34. — «Non est nisi mors» cet.

V. 47. — Cf. LXIX, 30.

V. 59. — «Exspecta *eorum interitum*, nam» cet.

22. — Sûrah 19.

V. 1. — Cf. ad XLIV, 1. — De عبدَه S. 87; C. 392.

V. 3. — ربِّ S. 11 *c*; C. 315 *rem. b*, 403 *rem. a*.

V. 4. — Post particulam لم, imperfectum significationem perfecti habet; C. 377.

V. 8. — Etiam ante Zachariam, multis Hebraeis nomen Johannes (יְהוֹחָנָן vel יוֹחָנָן) inditum est, ut ex Bibliis patet; forsan Muhammedem verba *Lucae* (I, 61) deceperunt, nullum fuisse ex propinquis Zachariae, qui hoc nomine vocaretur.

V. 10. — تَكُ pro تَكُنْ, ut vers. 20 أَكُ pro اكنْ; S. 39, C. 153.

V. 13. — الكتاب est Pentateuchus.

V. 16. — Alloquitur Deus Muhammedem. — الكتاب est Qoranus.

V. 18. — إِنْ كنتَ تقيّا complendum est: «abi a me».

V. 24. — Loquitur forsan Gabriel a Deo missus.

V. 25. — De iussivo تُساقِطْ S. 103 *b*; C. 382, 3°.

V. 26. — كُلِي imperat. f. sing. ab اكل. — تَرَيِنَّ impf. energ. I a رأى.

V. 28. — بِه i. e. بِغُلامِه.

V. 29. — Muhammed confundit Mariam, matrem Christi, cum Maria sorore Ahărônis et Moysis. GEIGER 173, WEIL 280.

V. 31. — Dixit puer. — الكتاب est Evangelium.

V. 35. — قولَ est a. على الحال. C. 409, 3; 501.

V. 41. — «Nos» i. e. Deus.

V. 42 sqq. — De Abrahamo eadem VI, 74—83 narrantur, ex Judaeorum fabulis deprompta. GEIGER 122-124, WEIL 69—71.

V. 49. — ادعوا, ut semper in Qorano, pro ادعو; NÖLDEKE 256.

V. 53. — Colloquium Dei cum Moyse in monte Synai (*Ex.* XIX) fusius VII, 138—145 narratur.

V. 54. — Cf. *Ex.* IV, 15—16.

V. 57. — إِدْرِيسُ, bis in Qorano (hic et XXI, 85) memoratus, propheta apud Muslimos celeberrimus, idem est ac חֲנוֹךְ (Henoch), pater Mĕthûšelah, propter suam pietatem, post 365 annorum vitam, in caelum translatus (*Gen.* V, 18—24). Nomen e verbo חָנַךְ «docuit, imbuit» ducentes, Judaei recentiores eum maximum antediluvianum prophetam, omnium scientiarum inventorem, esse finxerunt, quas fabulas Muslimi receperunt (GEIGER 105-106; WEIL 62—67). Notum est ei librum suppositum esse, qui inter Bibliorum apocrypha numeratur, et cuius aethiopica versio integra exstat. Nomen ادريس e graeco ἴδρις i. e. «peritus»

ducere voluit BAETHGEN (*Beiträge zur semit. Religionsgeschichte*, Berlin 1888, p. 153), sed hoc parum verisimile est (cf. ZDMG. XLII, 1888, 486). Potius est adiectivum a دَرَسَ «legit; studuit», secundum formam if'îl (de qua BARTH 219) ortum; qua re nonnisi arabica versio est nominis Ḥănôk, secundum iudaicam traditionem interpretati.

V. 65. — Loquitur Gabriel.

V. 74. — الفريقين sunt duo turbae infidelium (e quibus omnes principes Meccani erant) et credentium.

V. 76. — مدّ حَيَوته = مدًّا.

V. 80. — أُوتَيَنَّ prima pers. sing. impf. energ. I passiv., stirpis IV (ex اتى).

V. 83. — ما يقول i. e. filios et opes (v. vers. 80).

V. 87. — «Numerabimus iis *dies*.»

V. 91. — Hi sunt Christiani.

V. 94. — انْ كلّ مَن فى «nemo est in . . .», cf. إِنْ in glossario.

V. 97. — «Tui [i. e. arabici] sermonis usu, facilem *ad intelligendum* reddemus Qoranum». Cf. ad XII, 2.

23. — Sûrah 21.

V. 1. — «Recedentes sunt *a cogitando de eo die*.»

V. 3. — هذا est Muhammed.

V. 5. — De poetis cf. ad LXIX, 41.

V. 18. — «Percutiet *veritas* mendacium».

V. 19. — «Ii qui apud eum sunt» i. e. angeli.

V. 22. — فيهما = فى السموات والارض.

V. 25. — فاعْبُدونِ v. S. 11 *c*; C. 36 *c*.

V. 26. — ولدًا sunt Angeli.

V. 32. — V. أَنْ in glossario. — In بهم et لعلّهم pronomen «hominibus» referendum est.

V. 37. — «An hic, *dicunt illi*, est qui *spernendo* vestros deos commemorat?»

V. 38. — «Ex nimia properantia» i. e. praeceps, festinus. Infideles Muhammedem irridebant, eum ut poenam Dei properaret incitantes (VI, 57; VIII, 32).

V. 42. — اسْتُهزِئَ passivum.

V. 52—71. — Totam hanc Abrahami historiam Muhammed e traditionibus Judaeorum deprompsit; cf. VI, 74—83; XXXVII, 81—96; GEIGER 122—124; WEIL 69 sqq.

V. 59. — Tradunt Judaei Abraham, cum reliqua idola fregisset, bipennem, qua ea conciderat, appendisse collo idoli praecipui, quod intactum reliquerat, ac si hoc caedis auctor fuisset. — «Forsan contra illud se conversura erit *gens Abrahami*.»

V. 61. — «Dixerunt *alii*.»

V. 65. — «Tunc alii contra alios reversi sunt, *se invicem increpantes* et dicentes» cet.

V. 78. — Unde Muhammed haec deprompserit nescimus; cf. GEIGER 183.

V. 81. — Subaudiendum est: *Dedimus* ventum qui cet. Cf. C. 386, 400.

V. 82. — De his daemonibus Salomoni subiectis, cf. XXVII, 17; XXXIV, 11—13; XXXVIII, 35—37; GEIGER 185.

V. 84. — «Et sicut eos cum eis» i. e. eos duplicavit; v. *Job* XLII, 10. — رحمة «propter misericordiam».

V. 85. — Patientia in rebus adversis saepissime commendatur a Muḥammede et ab ipsis poetis anteislâmiticis; cf. GOLDZIHER I, 252.

V. 87—88. — Cf. XXXVIII, 139—147, et *Jonas*, I—II.

V. 89. — I. e. da mihi filios. Cf. XIX, 1—15.

V. 90. — «Aptam *ad prolem suscipiendam* fecimus.»

V. 91. — Maria. Cf. XIX, 16—35; III, 37—42.

V. 96. — Yâǵûǵ et Mâǵûǵ sunt duo populi ferocissimi, qui, muro aeneo ab Alexandro Magno exstructo, in extrema orientali terra continentur; sed die resurrectionis, Deus murum in pulverem comminuet, et populi illi terram vastabuntur. Cf. XVIII, 88—99. Apud rabbinos Gôg et Mâgôg (גּוֹג et מָגוֹג) duo reges sunt, et bellum contra eos susceptum Messiam advenientem nunciabit; GEIGER 74. Haec orta sunt e prophetia *Ezechielis* (cap. XXXVIII—XXXIX), ubi Gôg, princeps regionis Mâgôg (i. e. partis septentrionalis et orientalis Armeniae), populum Israel divino iussu profligaturus esse dicitur. In *Apocalypse* (XX, 7—10) autem Γώγ et Μαγώγ gentes Satanae esse dicuntur. V. LENORMANT, *Mâgôg, fragments d'une étude sur l'ethnographie du chap. X de la Genèse* (Muséon, II, 1882, p. 9—48); de muro ab Alexandro magno exstructo DE GOEJE, *De muur van Gog en Magog* (Verslagen en Mededeelingen der k. Akad. van Wetenschappen, Afd. Letterk., 3e reeks, Deel V, p. 87 sqq.) et ad XVIII, 82.

V. 99. — Quisque eorum contra est in gehenna perpetuo mansurus.

V. 103. — «Occurrent eis angeli *dicentes.*»

V. 104. — Cf. *Jes.* XXXIV, 4: וְנָגֹלּוּ כַסֵּפֶר הַשָּׁמָיִם «et convolvebitur caelum instar libri.»

V. 105. — Cf. *Ps.* XXXVII, 29. — الذكر est lex Moysis.

V. 111. — «Nescio; forsan haec *mora* vobis est tentamen et commodum usque ad *certam* diem.»

24. — Sûrah 18.

V. 3. — Cf. XIX, 91.

V. 8—25. — Notissimam septem dormientium historiam narrat, de qua v. KOCH, *Die Siebenschläferlegende, ihr Ursprung und ihre Bedeutung*, Leipzig 1883, et GUIDI, *Testi orientali inediti sopra i Sette Dormienti d'Efeso* (Memorie dell' Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, ser. III, vol. XII, 1884, p. 343—445).

V. 15. — فَأْوُوا imperat. verbi اوى, praemissa particula فَ. C. 134.

V. 16. — تَرَى «vidisses».

V. 21. — Inducuntur homines de اهل الكهف numero disceptantes.

V. 22. — منهم i. e. ex Judaeis et Christianis.

V. 23. — «Nisi *addas:* Si voluerit Deus.»

V. 25. — أَسْمِعْ بِ et أَبْصِرْ بِ sunt formulae admirandi (افعال التعجّب). S. 44; C. 189.

V. 28. — مرتفقا Praedicatum, tanquam notio distinctionis (التمييز), post verba laudandi et vituperandi interdum in a. indeterminato ponitur.

V. 32. — له i. e. domino duorum hortorum.

V. 39. — «*Re vera* circumdatus est hortus cum fructibus suis *infortunio.*»

V. 45. — Cf. *Jes.* XL, 4.

V. 47. — Die resurrectionis unicuique libellus, in quo opera in terra acta conscripta sunt, tradetur; iusti dextera manu, iniqui vero sinistra et post tergum libellum tenent; cf. XVII, 73; LXXXIV, 10—12. Hi libri scribuntur ab Angelis hominum custodibus, XLIII, 80; LXXXII, 10—11.

V. 48. — Eadem narrantur II, 32; VII, 10—17; XV, 28—42; XVII, 63—67; XX, 115; XXXIX, 71—85.

V. 52. — اكثر شىء «plerasque res»; C. 458.

V. 53. — ما interrogandi.

V. 59 sqq. — De hoc itinere multa interpretes muslimici fabulantur (v. WEIL 176—181), sed nihil in libris Judaeorum invenitur. Muhammed confundit hoc loco Moysen cum Alexandro Magno, quem Pseudo-Callisthenes et scriptores syriaci narrant ad fontem vitae, in extrema occidentali terra, pervenisse. Cf. infra vers. 83—87.

V. 61. — آتِنا «affer nobis.»

V. 65. — رشدا a. distinctionis (التمييز). S. 82 *c*; C. 409, 5.

V. 73. — بغير نفسٍ «propter nullam animam» i. e. non ad aliquem, ab illo puero interfectum, ulciscendum.

V. 75. — I. e. iam tibi excusationes attuli.

V. 82. — Quae de Ḏû 'l-qarnayn (i. e. Alexander Magnus, v. قرن in glossario) Muḥammed narrat, deprompta sunt non ex fabulosa Alexandri historia quam Pseudo-Callisthenes conscripsit, sed e narratione christiana initio VI saec. p. Chr. n. orta, quae sub nomine Gog et Magog voluit Hunnos, Europam ipsam invadentes, effingere. V. NÖLDEKE, *Beiträge zur Geschichte des Alexanderromans* (Denkschriften d. k. Akad. d. Wissensch. zu Wien, phil.-hist. Cl., XXXVIII, 1890). — اتلوا cf. ad XIX, 49.

V. 89. — I. e. neque vestes, neque domos habentes.

V. 92. — I. e. qui vix verba intelligebat.

V. 96. — «Non potuerunt *Yâǵûǵ et Mâǵûǵ*» cet.

V. 105. — «Occursum *diei iudicii.*»

V. 110. — يرجوا cf. ad XIX, 49.

25. — Sûrah 12.

V. 1. — Cf. ad XLIV, 1; forsan الر = الرسر i. e. الزّبُر.

V. 2. — Cf. XIII, 37; XVI, 105; XX,

112; XXVI, 195; XXXIX, 28; XLI, 44; XLII, 5; XLIII, 2; XLVI, 11; Dvořák 482—492.

V. 8. — اخوه i. e. Binyâmîn. — عصبة «turba» i. e. maior et potior pars quam reliquorum duorum fratrum.

V. 18. — فصبر جميل «*mihi* decora patientia *opus est*» (= فأمرى صبر جميل). C. 492 *rem.* — والله المستعان C. 494.

V. 31. — Ut iam Judaei narrant (Geiger 143), mulieres Aegyptiae, iuvenis pulcritudine captae, pro cibis suas ipsas manus cultro scindebant, absque eo quod id animadverterent.

V. 32. — لُمْتُنَّنِى e verbo لوم. — ليكونا cf. ad XCVI, 15.

V. 35. — لهم i. e. domino Josephi eiusque consiliariis.

V. 40. — ذلك الدين القيّم C. 494.

V. 50. — «Cum ad eum [Joseph] venisset nuncius, *Joseph* dixit.»

V. 52—53. — Haec verba a Joseph dici plurimi interpretes existimant, sed, ut mihi videtur, haud bene.

V. 66. — «Nisi *aliquo casu repentino* circumveniamini.»

V. 67. — Ne quis invidus, magnam ac pulcram turbam videns, eandem malo afficeret. Eadem in scriptis iudaicis habentur (ex. gr. *Midrâś Rabbâ*, Par. 91).

V. 77. — Male Muḥammed narrationem iudaicam intellexit, Joseph dixisse: «Tu es fur, filius furacis mulieris» (*Midrâś Rabbâ*, Par. 92), quia Râḥêl, Jacobi altera uxor, et Josephi ac Binyâmîni mater, patri suo Lâbhân idola furata erat (*Gen.* XXXI, 19). Interpretes Muslimici contra dicunt ipsum Joseph puerum, Lâbhâni idola furatum esse.

V. 83. — «Dixit *Jacob*, *cum haec audivisset.*» — بهم i. e. Binyâmîn et Joseph.

V. 88. — عليه i. e. coram Joseph.

V. 109. — Infideles videre possunt ruinas urbium, quorum incolae, inique agentes, a Deo puniti sunt.

V. 111. — «Non est *Qoranus*» cet.

26. — Sûrah 98.

Procul dubio haec sûrah non meccana, sed medînensis est. V. Nöldeke 136.

V. 5. — شرّ البريّة «pessima creatura». C. 458.

27. — Sûrah 62.

V. 10. — Post preces facite quae vultis.

28. — Sûrah 4.

V. 2. — Cf. ad LXXVI, 8.

V. 12. — فإنْ كنّ نساء «Si *filii tantum* fuerint feminae, et supra duas,» cet. — فريضةً «*hoc est* decretum Dei.»

V. 16. — «*Haeredem* nullo damno afficiens. *Hoc est* praeceptum» cet.

V. 19. — «Vel aperiat Deus iis viam *salutis.*»

V. 21. — «Apud Deum est venia pro iis qui» cet.

V. 25. — I. e. cum iam coniuncti fueritis invicem coniugio.

V. 29. — «Qui ex vobis non potuerit *tot* facultates *habere* ut.»

V. 33. — بالباطل «inique», i. e. fraude, rapina, ludo cet. Cf. II, 184 et IV, 159.

V. 35. — «Introducemus vos *in Paradisum*.»

V. 37. — «Propinqui *qui participes esse debent* rerum quas reliquerunt» cet.

V. 38. — «Quia (بما) Deus *eas ipsas* custodit.»

V. 46. — In sûrah V, 92, paulo post hanc edita, vinum omnino prohibetur; cf. NÖLDEKE 147; GOLDZIHER I, 21—32.

V. 48. — Judaei voce arabica رَاعِنَا (respice nos) irrisorie Muḥammedem alloquebantur, alludentes ad hebr. רוּעַ vel רָעַע i. e. noxius, malus fuit. Qua re II, 98 legitur: «ne dicatis راعنا, sed dicite أُنْظُرْنَا.»

V. 49. — Cf. II, 285: قالوا [المؤمنون] سَمِعْنَا وأَطَعْنَا.

V. 50. — Dicuntur II, 61 et VII, 163—166, Judaei quidam, leges sabbathi colendi non observantes, a Deo in simias conversi esse. De fabulae origine nihil scimus.

V. 65. — «Quomodo *agent*, cum inciderit» cet.

V. 72. — Cf. C. 494.

V. 73. — Praecepta, quibus est in bello obsequendum.

V. 75. — فوز «lucrum» i. e. «praeda, manubiae.»

V. 94. — «*Poena eius* erit liberatio (تحرير)» cet.

V. 96. — Praecipit Muḥammed ne quis alium infidelem vocet, eius bonorum cupiditate.

V. 99. — «Dicent *illis Angeli:* In qua *religione* fuistis?» Agitur de iis qui parva fide fuerunt, nolueruntque se ab infidelibus omnino removere et in alias regiones migrare.

V. 103. — فيهم i. e. inter eos qui expeditionem faciunt.

V. 117. — Arabes Deas (al-Lât, Manâh, al-ʿUzzá aliasque) colebant. De Arabum precibus ante Islâmum perpauca scimus, v. GOLDZIHER I, 33.

V. 118. — «Maledicat ei [Satanae] Deus. Dixerat *ille Deo:* profecto» cet.

V. 128. — Vir, quam fieri potest, non debet aliam uxorem prae aliis amare.

V. 134. — «Si vos *testimonium* turbate, aut *ab eo faciendo* reclinate.» Ii qui credunt testes sunt Dei erga reliquos homines, Muḥammed autem est testis erga fideles ipsos. Cf. ad LXXXV, 3; GOLDZIHER II, 387.

V. 152. — Haec fabula, quae iam in Talmûd reperitur, orta est ex *Exod.* XXIV, 9—10, vel XXXIII, 18—23. — De vitulo aureo in deserto ab Israelitis adorato, dicitur II, 48, 51, 86—87; VII, 146—148; XX, 90—97; cf. *Exod.* XXXII, 1—14.

V. 154. — فبما نقضهم = فبنقضهم.

V. 156. — Sequitur Muḥammed sectas christianas (Manichaeos, Marcionitas

cet.) negantes crucifixionem Jesus, cuius vice alium hominem crucifixum fuisse putabant.

V. 157. — «Die autem resurrectionis erit *Christus*» cet. Cf. XLIII, 61: وإنّه لَعِلْمٌ لِلسّاعة «profecto *erit* ille (Christus) scientia (i. e. signum indicans) ad horam *resurrectionis*.»

V. 160. — المقيمين videtur esse idiotismus medînensium pro المقيمون; NÖLDEKE 237.

V. 169. — كلمته «Verbum, ὁ Λόγος». Cf. III, 40: يا مريمُ إنّ اللّهَ يبشّرك بكلمةٍ منه آسْمُه المسيح عيسى آبن مريمَ.

29. — Sûrah 66.

Primi saltem quinque versus dicti sunt anno 7 higrae (11 Mai. 628—30 Apr. 629); quo, cum praefectus Aegypti Muhammedi ancillam pulcherrimam, nomine Mâriyah al-Qubṭiyyah, misisset, cuius amore propheta flagraret, ei quam maxime uxores legitimae ʿÂ'iśah et Ḥafṣah iratae sunt. CAUSSIN III, 268; SPRENGER III, 85—87.

V. 2. — Cf. V, 91: «Non puniet vos Deus ob dictum inconsideratum in sacramentis vestris.»

V. 3. — اظهره, subiectum est «Deus».

V. 4. — عليه i. e. contra Muhammedem.

V. 8. — De hac luce XXIV, 35; LVII, 12, 18.

V. 10. — De uxore Nôaḥ in Qorano nihil ampli reperitur, cf. GEIGER 111; de uxore Lôṭ, dicitur tantum (VII, 81; XI, 83) eam periisse, quia, contra iussum Dei, urbem Sodomam combustam respicere voluisset (cf. *Gen.* XIX, 12—26; GEIGER 132).

V. 11. — Ut etiam XXVIII, 7—8, filiam Pharaonis, quae Moysem servavit (*Exod.* II, 5—10), cum uxore confundit; cf. GEIGER 157.

GLOSSARIUM.

ا

أ *Particula interrogandi a voce sequente inseparabilis*, num, an. S. 70 *a*; C. 531. | أ ...... أمْ utrum ..... an?

أبّ pabulum, pratum (*ex ar.* אִנְבָּא; إنْب = fructus; Fraenkel 24).

أبَدٌ aeternitas. أبَدًا semper; unquam.

إبْرٰهِيمُ *n. pr.* Abraham אַבְרָהָם.

إبْرِيقٌ *pl.* أبَارِيقُ gutturnium (*ar.* אֶבְרִיק, *e supposita voce persica* *آبْرِيز *quae oritur ex* آبْ aqua *et* رِيخْتَنْ effundere. *V.* de Lagarde, *Gesammelte Abhandlungen*, *Leipzig* 1866, *pag.* 7).

أبَابِيلُ agmina dispersa. طير ابابيل

(CV, 3) aves per agmina dispositae. *De huius vocis singulare lexicographi inter se dissentiunt; alii eam a* إِدَّوْلٌ *alii a* إِبِّيلٌ *vel* إِبَّالٌ *vel* إِبَّالَةٌ *vel* أَبَالَةٌ *vel* إِبِبَالَةٌ *ducentes.*

إِبْلِيسُ (*e. gr.* διάβολος) *n. daemonis, cf.* XVIII, 48.

ابو — أَبٌ *st. cst.* أَبُو, أَبِي, أَبَا, *vocat. sing.* 1ae *p. sing.* أَبَتِ, pater; *pl.* آبَاءٌ patres, maiores. S. 65; C. 403 *Rem. a.* — الأَبَوَانِ duo patres *i. e.* pater et mater. C. 297 *f*; Grünert, *Die Duale a potiori im Altarabischen* (Sitzb. d. k. Akad. d. Wiss. zu Wien, *phil.-hist. Cl.* 1885, CX *Bd.*, *p.* 559—596).

أَبَى a, i, recusavit *c.* على *vel* أَنْ.

أَتَى i, venit, pervenit, adiit *c. a.* (*c.* ب venit *c. qo*, adduxit *qm.*). | IV *n. act.* إِيتَاءٌ fecit ut veniret, *inde* donavit, dedit *c. d. a. Imperat.* هَاتِ (*pro* آتِ) da; *cf.* C. 119. | مَأْتِيٌّ veniens, venturus.

أَثَاثٌ *coll.* opes, facultates.

أَثَرَ o, i, excitavit. | IV elegit, maluit *qm quam* (على) *alium.* | أَثَرٌ *pl.* آثَارٌ vestigium.

اثم — II *n. act.* تَأْثِيمٌ ad flagitia incitavit (LVI, 24). | إِثْمٌ iniquitas. | آثِمٌ *et* أَثِيمٌ flagitiosus, iniquus.

أُجَاجٌ salsa, amara *aqua.*

أَجْرٌ *pl.* أُجُورٌ merces, praemium; dos quam vir uxori dat.

أَجَلٌ tempus, spatium temporis.

أَحَدٌ, *f.* إِحْدَى unus; aliquis, ullus. مِنْ أَحَدٍ ullus. — إِحْدَى عَشْرَةَ (*f.*) undecim.

أَخَذَ o, *imperat.* خُذْ (S. 36 *b*; C. 133), *n. act.* أَخْذٌ, punivit; cepit *qd* (*a. vel* ب *vel* من). | III punivit *qm ob* (ب) *crimen.* | VIII cepit, elegit, sibi comparavit; fecit. | أَخْذٌ *et* أَخْذَةٌ poena.

اخر — II retro reliquit, omisit; retardavit, moram *ci* concessit *usque ad* (الى). | آخَرُ, *f.* أُخْرَى (*forma el.*), *pl. rg.*, alius, alter. | آخِرٌ *f.* ة, *pl.* أُخَرُ postremus, extremus. الاخرة suprema, aeterna vita. *Pl.* الاخرون recentiores *homines*, *oppos.* الاوّلون.

اخو — أَخٌ, *st. cst.* أَخُو, أَخِي, أَخَا, *pl.* إِخْوَةٌ frater. | أُخْتٌ *pl.* أَخَوَاتٌ soror. *Cf.* Barth 3.

إِدٌّ gravis, *praes. de rebus malis.*

إِدْرِيسُ *n. p. prophetae apud Muslimos celeberrimi; cf. ad* XIX, 57.

آدَمُ *n. p.* Adam אָדָם.

ادى — II reddidit *qd ci* (الى).

إِذَا cum (quum), *post quam particulam perfectum futuri significationem habet* (S. 101; C. 371); ecce. | إِذَا مَا *ut* اذا. | إِذًا si ita est, tunc, *subjunctivum post se habet.* C. 380, 7.

أَذِنَ a, permisit, licitum fecit *c.* ل *p. et a. r.* | II vociferavit, proclamavit. | IV monuit, certiorem fecit *qm de* (ب) *qa re.* | إِذْنٌ permissio,

assensus; voluntas. | أُذُنٌ *f.*, *pl.* آذانٌ auris. | مُؤَذِّنٌ praeco.

اذى — IV noxa affecit, vexavit. | أَذًى noxa, molestia.

أَرْضٌ *f.* terra; regio.

أَرِيكَةٌ *pl.* أَرَائِكُ torus, cubile. *Forsan est vox peregrina, ab assyr.* ariktu (Zimmern, Ztschr. für Assyriologie, V, 1890, 389).

أَرَى *v.* رأى.

أَزَّ o, i, *n. act.* أَزٌّ, incitavit ad malum.

إِسْتَبْرَقٌ vestis serica crassior auro contexta; *e persico* إِسْتَبْرَك, Dvořák 516—521.

إِسْحٰقُ *n. pr. filii Abrahami* (Gen. XVII, 19 *cet.*), Isaac יִצְחָק. *E forma recentiore* יִשְׂחָק (Ps. CV, 9; Jer. XXXIII, 26; Am. VII, 9) *ortae sunt pĕšittâ* ܐܝܣܚܩ *et arabica.*

أَسْرٌ artus, iuncturae. | أَسِيرٌ captivus; *proprie* vinctus, ligatus, *nam captivi loro ex corio* (إِسَارٌ) *vinciri solebant. Cf.* Guidi, 580.

إِسْرَائِيلُ *n. p.*, Israel יִשְׂרָאֵל (= יִשְׂרֶה אֵל miles Dei). *Hoc n. habuit patriarcha Jacob* (Gen. XXXII, 28), *filius Abrahami, gentisque israeliticae conditor.*

أَسَفٌ angor, moeror.

إِسْمٰعِيلُ *n. p., Ismael* יִשְׁמָעֵאל (= quem Deus exaudit), *filius Abrahami ex Hâgâr ancilla* (Gen. XVI, 11), *quem Arabes putant, una cum uxore eius Gerhomitica, conditorem gentis* الْعَرَب الْمُسْتَعْرِبَة *i. e. Arabum al-Ḥiğâz ac Tihâmah colentium, fuisse.* Caussin I, 164 *sqq.*

أَصِيلٌ tempus vespertinum.

أُفٍّ phy! vah! *c.* لِ *vel* على.

أُفُقٌ horizon.

افك — VIII subversus est. الْمُؤْتَفِكَاتُ Sodoma, Gomorrha aliaeque Pentapolecs urbes, Dei vindicta eversae. Gen. XIX.

أَفَلَا *interr.* nonne? (أَ, فَ, لا).

أَكَلَ o, *imperat.* كُلْ (S. 36; C. 133), *n. act.* أَكْلٌ, edit; consumavit *opes.* IV, 3: ولا تاكلوا اموالهم الى اموالكم ne consumatis eorum facultates, ad opes vestras *eas aggregantes.* | أُكُلٌ fructus.

أَلَّذِى, الّتى *cet., v.* ذا.

أَلَا *interr.* nonne? (أَ, لا). | أَلَّا (*pro* أَنْ لا) si non, quod non. | إِلَّا (*pro* إِنْ لا) nisi; praeter; saltem. *Sequente verbo, post se particulam* أَنْ *habet.* C. 365, 555-7.

أَلَمْ *interr.* nonne? (أ, لم).

أَلِمَ a, incommoda *vel* dolores passus est. | أَلِيمٌ crucians, dolorem inferrens.

إِلٰهٌ *pl.* آلِهَةٌ Deus. أَللّٰهُ (*pro* الإِلٰهُ) Deus *verus, unicus, nempe Deus Muḥammedis.*

الو — أُولُو (ŭlû, *non* ûlû) *vel* أُولُوا, *genet. et a.* أُولِى, *pl. singulare carens ac tantum in st. cst. adhibitus*, possessores, praediti. S. 65; C. 338. *Primitus fuit pronomen demonstrativum, cf.* أُولَى *vel* أُولَآءِ, *hebr.* אֵלֶּה, *ar.* אֵל, אֵלֶּה,

אֵלִּין, إِلّحِم, *palmyr.* אלן, *aeth.* ĕlu (*f.* ĕlâ) hi, hae, haec. *Cf. phoen.* לאלן חדש Dominis neomeniae (Corpus inscript. semit., *pars* I, *nr.* 86 A). | أُولَآئِكَ (◡–◡, *i. e.* أُولَآءِ *addita particula demonstrativa* كَ) illi, illae, illa. S. 12; C. 340—1. | هٰؤُلَآءِ (*i. e.* اولاء, *praefixo* هَا *demonstrativo*) hi, hae, haec. S. 12; C. 342.

إِلَى ad, usque, versus, erga. الى أَنْ usque quod, donec. *Plerumque motum ad locum, vel tempus quousque permanet actio, indicat.* C. 418, 420.

أَمْ *particula interr. quae in media interrogatione ponitur,* an. أَ ...... أَمْ utrum ...... an. — *V.* إِنْ.

أُمٌّ *pl.* أُمَّهَاتٌ (*per analogiam c.* أَبَهَاتٌ = patres) mater. | أُمَّةٌ gens, coetus, multitudo, *cs religionis* asseclae; spatium temporis. | أُمِّيٌّ, *pl. rg.*, ad أُمَّةٌ pertinens, λαϊκός. *Itaque* الامّيّون *sunt Arabes gentilicii, nullos sacros libros habentes, oppos.* اهل الكتاب. *Cf.* Nöldeke, 10—11. | إِمَامٌ *pl.* أَئِمَّةٌ praeses, antecessor (*inde apud Muslimos* sacrorum antistes, imâm).

أَمَّا (*pro* أَنْ ما) *qd* quod attinet (quant à, was betrifft); sed, verum. *In apodosi, sensu quasi responsorio, semper* فَ *vel* فَإِنَّ *sequitur.* C. 364. | إِمَّا (*pro* إِنْ مَا) si. C. 384. — اما ......, واما ...... sive ...... sive, aut ... ... aut. C. 365.

أَمَدٌ spatium temporis, aetas.

أَمَرَ o, *imperat.* مُرْ (S. 36; C. 133), *n. act.* أَمْرٌ, mandavit, iussit, imperavit, *c. a. p. et* بـ *r.* | أَمْرٌ iussum, imperium; negotium, res; nuntium (IV, 85). مِنْ امرى *vel* عَنْ امرى ex voluntate mea. | إِمْرٌ *m. et f.* (Barth 33, *cf.* 29), nefandus, scelestus. | أَمَّارٌ iubens, proclivis *ad* (بـ).

أَمَلٌ spes.

أَمِنَ a, securus, tutus fuit *a re;* commisit, concredidit *ci rem* (على). | IV *n. act.* إِيمَانٌ credidit, fidem muslimicam secutus est, *c.* بِ (*rarius c.* لِ, *ut* XLIV, 20). | أَمْنٌ securitas. | آمِنٌ, *pl. rg.*, tutus, securus. | أَمَانَةٌ, *pl. rg.*, res quae fidei alterius committitur, depositum. | أَمِينٌ fidus, fidelis; is cuius fidei omnia committuntur; tutus.

أَنْ ut; quia, quod; quod (ὅτι); si (XVIII, 23); ne (XII, 107; XVIII, 55, 62; XXI, 32; XLIV, 19). *Subiunctivum semper post se habet.* S. 75, 96; C. 376, 380. — على ان ea lege ut.

شبه — II *passiv.*, *ci* (لِ) visa *vel* obiecta est similitudo *cs rei.*

شَتٌّ *pl.* أَشْتَاتٌ separatus, dispersus.

شَجَرَ o, controversa fuit *res.* | شَجَرٌ *coll.* (*n. un.* ةٌ) arbor, arbores.

شُحٌّ avaritia et aviditas.

شَاخِصٌ summopere attonitus et obstupefactus.

شَدَّ o, corroboravit, firmavit. | شَدِيدٌ, *el.* أَشَدُّ, *pl.* شِدَادٌ vehemens, durus, validus, firmus, difficilis; LXXVIII, 12 «struximus super vos septem شدادًا» *i. e.* caela firma. | أَشُدٌّ (*v.* Barth 457) matura aetas ab anno decimo octavo ad trigesimum.

شَرٌّ malum, mala res; *adiect.* malus; peior, pessimus.

شَرِبَ a, *n. act.* شُرْبٌ bibit. | شَرَابٌ potio, potus.

شَرْقِيٌّ orientalis. | مَشْرِقٌ (C. 223 *b*; Barth 260) locus et tempus solis orientis.

شرك — IV consortem et participem *cs rei* (فِى *vel* بِ) *qm* fecit, *i. e.* opinavit *Deum* alios Deos dominationis suae participes habere. *Inde* المُشْرِكون Arabes pagani. | شَرِيكٌ *pl.* شُرَكَآءُ socius, particeps eiusdem rei (XVIII, 50, *ut saepe, de sociis quos infideles Deo tribuunt, dicitur*).

شَرَى i, vendidit. | VIII permutavit *rem* (بِ) *re* (*a.*); emit.

شَطَطٌ mendacium grave.

شطن — الشَّيْطَانُ, *pl.* الشَّيَاطِينُ Satanas. *Vetustiore arabico sermone* شيطان serpentem *significabat, inde vox ad Satanam* (*quasi «exsecratum»*) *indicandum translata est. Item* جَانٌّ serpens, *in Qorano de daemonibus adhibetur; cf.* ثُعْبَانٌ *i. e.* serpens magnus, *inde* exsecratus (*v.* Grünbaum, ZDMG. XXXIX, 1885, 583). *Ipsa vox hebr.* שָׂטָן *efficere potuit ut* شيطان *facilius novam significationem acciperet. — Puto hanc vocem esse adiect. formae qaytâl* (Barth 55), *a* شَطَنَ intravit in terram.

شَعَرَ o, animadvertit, intellexit. | IV notum fecit, effecit ut cognosceret, *c. d. a. vel a. p. et* بِ *r.* | شَاعِرٌ (sciens, doctus, *inde*) poeta, *nam omnis scientia apud Arabes antiquissimos in poesi erat, et haud raro poeta*

ipse vir gentis praecipuus habebatur. V. Goldziher I, 45—49.

شعل — VIII micuit *canitie caput.*

شَغَفَ a, amore cor *ci* implevit.

شَفَعَ a, *n. act.* شَفَاعَةٌ deprecatus est, intercessit *pro* (ل) *qo apud* (الى) *qm.*

شفق — IV timuit, *c.* من.

شَقَّ o, fidit, laceravit. | III adversatus est, inimicitiam *in qm* exercuit. | VII diffissus evasit. | شَقٌّ fissura. | شِقَاقٌ scissura, dissensus.

شقو — شَقِيٌّ miser, infelix; improbus. *El.* أَشْقَا.

شَكَّ o, *n. act.* شَكٌّ, dubitavit *de* (فى) *re.*

شَكَرَ o, *n. act.* شُكُورٌ gratias egit *ci* (ل *vel a.*) *ob* (*a.*) *qd*; praemio affecit. | شَاكِرٌ optimas mercedes donans *Deus.*

شَكَا o, conquestus est *rem c.* (الى) *qo.*

شَمْسٌ *f.*, sol.

شِمَالٌ *f.*, sinistra manus *vel* pars; ذَاتُ الشمال sinistram partem tenens (*f.*), sinistrorsum.

شَهِدَ a, praesens adfuit, oculis vidit, testatus est, *c. a. vel* ب *r. et* على *p. de qua testimonium fit.* | IV testem *qm de re* adhibuit, *c. d. a. vel a. p. et* على *r.* | X testem *qm de* (على) *re* advocavit. | شَاهِدٌ *pl.* شُهُودٌ testificans. | شَهِيدٌ *pl.* شُهَدَآءُ testis, *praes. qui de Deo eiusque propheta testificat; cf.* Goldziher II, 387—91. | شَهَادَةٌ testimonium. | مَشْهَدٌ conspectus.

شَهْرٌ mensis.

شهو — VIII desideravit. | شَهْوَةٌ *pl.* شَهَوَاتٌ appetentia, cupido, concupiscentia.

شور — IV innuit, indicavit *qd* (ب) *ci* (الى).

شَوَى i, assavit *carnem.*

شَآءَ a, voluit. | شَيْءٌ res; لَا......شَيْئًا nihil, nulla res.

شَيْبٌ canities. | أَشْيَبُ *pl.* شِيبٌ canus, canitie praeditus.

شَيْخٌ senex.

مُشَيَّدٌ in altum exstructus, excelsus.

شِيعَةٌ agmen, caterva.

ص

صَبَّ o, *n. act.* صَبٌّ effudit, fudit.

صبح — IV matutino tempore advenit *vel* fuit, *inde tantum* fuit, exstitit. S. 81; C. 407. | صُبْحٌ mane, matutinum tempus.

صَبَرَ i, *n. act.* صَبْرٌ, vinxit, ligavit; se ipsum continuit, abstinuit *re* (عن); patiens fuit *in rebus adversis ferendis, c.* على *r.* | VIII patiens, constans fuit *in* (ل) *re.* | صَبْرٌ patientia.

صَبَا o, iuvenili amore inclinavit, *c.* الى *p.* | صَبِىٌّ puer.

صحب — III socium se *ci* praebuit. |

IV servavit, custodivit, defendit. | صَاحِبٌ pl. أَصْحَابٌ socius, sodalis; dominus; صاحب النار particeps ignis, cf. C. 447; — f. ةٌ uxor.

صَحِيفَةٌ pl. صُحُفٌ folium *in quo qd inscriptum est*, pagina.

صَاخَّةٌ sonus vehemens aures surdas reddens, *inde* dies extremi iudicii, *quo animae sono tubae congregabuntur.*

صَخْرَةٌ saxum magnum, rupes.

صَدَّ o, *n. act.* صَدٌّ *et* صُدُودٌ, se avertit, reliquit, evitavit, *c.* عن *r.*

صَدَرَ o, processit, incessit. | صَدْرٌ *pl.* صُدُورٌ pectus.

صدع — II *passiv.* cephalalgia correptus est, capite laboravit.

صَدَفٌ latus *vel* tractus obruptus montis.

صَدَقَ o, verax fuit, verum dixit; *ci promissum* servavit, *c. d. a.* | II *n. act.* تَصْدِيقٌ, *qm* veracem *vel qd* verum esse iudicavit *aut* professus est, *c. a. vel* بـ; confirmavit. | V *ci* (على) largitus est quod ille persolvere debebat, debitum condonavit. | صِدْقٌ veritas, sinceritas. | صَدَقَةٌ eleemosyna sacra. | صَدُقَةٌ, *pl. rg.*, dos quam maritus, more arabico, uxori dat. | صَادِقٌ, *el.* أَصْدَقُ verax. | صِدِّيقٌ, *pl. rg.*, iustus; *ex ar.* ܙܕܝܩܐ. *hebr.* צַדִּיק.

صدو — V *qm* (ل) benigne excepit, *ci* obviam ivit.

صرّ — IV perseveravit *in* (على) *re.*

صَرْصَرٌ vehementer sonans *ventus.*

صِرَاطٌ *m. et f.* via; *ex ar.* אִסְטְרָטָא, אִסְטְרָטָא, סְרָטְיָא *i. e.* strata (*via; byzant.* στράτα).

صَرِيعٌ *pl.* صَرْعَى prostratus.

صَرَفَ i, avertit, removit *qm a* (عن) *re.* | II vario modo proposuit (XVIII, 52). | مَصْرِفٌ effugium.

صَعِيدٌ terra, humus, pulvis.

صَاعِقَةٌ fulgur cum vehementi tonitru.

صَاغِرٌ, *pl. rg.*, contemptus, vilis. | صَغِيرٌ parvus.

صَغَى i, se inclinavit.

صَفٌّ series, ordo, acies; صَفًّا ordinatim, per acies.

صَلَبَ i, crucifixit. *Verbum denominativum a* صَلِيبٌ (*ex ar.* ܙܩܝܦܐ) *i. e.* crux. | صُلْبٌ *pl.* أَصْلَابٌ durus *i. e.* lumbus.

صلح — IV concinnavit, aptum fecit; se ipsum emendavit; pacem constituit. | صُلْحٌ *m. et f.* pax. | صَالِحٌ, *pl. rg.*, *f.* ةٌ (*pl. rg.*), integer, bonus, probus; felix; bonum. | إِصْلَاحٌ conciliatio, concordia.

صلو — II precatus est, *Dei* favorem invocavit. *Verbum denominativum ortum e* صَلوةٌ (*ex ar.* צְלוֹתָא, ܨܠܘܬܐ) preces, precatio. *Prima radicis significatio est* declinandi *vel* inclinandi, *ut patet ex ar.* צְלָא, ܨܠܐ, *et e tritissima formula* صلّى الله عليه

وسلّم (*i. e.* declinet se Deus super eum, eique salutem praestet). *A flexione quae fit in precando, nova significatio orta est; cf.* سَجَدَ, رَكَعَ, בֵּרֵךְ, *ipsumque* supplicare. *V.* Grünbaum, ZDMG. XL, 1886, 275.

صَلِيَ a, *n. act.* صِلِيٌّ ignis fervorem passus est, *c. a.* | II *n. act.* تَصْلِيَةٌ *qm in* (*a. vel* فى *vel* على) *ignem* immisit ut ureretur. | IV *qm in ignem* immisit, *c. d. a.*

أَصَمُّ *pl.* صُمٌّ surdus.

صَمَدٌ perpetuus, sempiternus.

صُنْعٌ factum, facinus. | صَنْعَةٌ ars *rei* conficiendae.

صَنَمٌ *pl.* أَصْنَامٌ idolum.

صوب — IV *qm* contigit; icit, afflixit *qm calamitas.* | صَوَابٌ quod rectum *vel* iustum est. | مُصِيبَةٌ calamitas.

صُورٌ cornu quod inflatur. | صُورَةٌ effigies, imago, forma.

صُوَاعٌ poculum, calix.

صَوْمٌ *et* صِيَامٌ ieiunium. *Haec significatio e syr.* ܨܘܡܐ *orta est.*

صير — مَصِيرٌ iter, profectio.

ض

ضَبَحَ a, *n. act.* ضَبْحٌ anhelavit *equus.*

مَضْجَعٌ *pl.* مَضَاجِعُ cubile.

ضَحِكَ a, risit.

ضحو — ضُحًى *m. et f.* tempus antemeridianum; tempus quo sol splendet (XCI, 1).

ضِدٌّ *coll.* (XIX, 85; *cf.* Barth 115—6) contrarii, hostes.

ضَرَّ o, *et* III nocuit, damno *qm* affecit. | ضُرٌّ noxa, nocumentum. | ضَرَرٌ noxa et mala condicio *propter morbos cet.*

ضَرَبَ i, verberavit, percussit, *c. a. p. vel r.*, فى *loci et* ب *instrumenti.* ضرب مَثَلًا parabolam proposuit. ضرب فى الارض terram peragravit (*proprie:* percussit *pedes suos* in terram). ضرب فى سبيل الله profectus est *ad bellum* pro religione *susceptum.* ضربنا على آذانهم (XVIII, 10) percussimus super aures eorum *i. e.* impedivimus eos quominus audirent, eos in soporem coniecimus.

ضعف — III duplicavit. | X debilem, infirmum *qm* existimavit. | ضَعِيفٌ (*el.* أَضْعَفُ) *pl.* ضِعَافٌ debilis.

ضِغْثٌ *pl.* أَضْغَاثٌ informis congeries (*proprie* manipulus herbarum ex virentibus et aridis mixtarum).

ضَلَّ i, erravit, *a via recta* (*a. vel* عن) deflexit. | II *n. act.* تَضْلِيلٌ, *et* IV fecit *vel* permisit ut aberraret. | ضَالٌّ, *pl. rg.*, errans. | ضَلَالٌ *et* ضَلَالَةٌ error, *oppos.* هُدًى.

ضَنِينٌ tenax. وما هو على الغيب بضنين non est ille in *occultandis* mysteriis, *quae ei Deus revelavit,* tenax (LXXXI, 24).

ضوء — ضِيَآءٌ lux, splendor.

ضيع — IV amisit, dereliquit; irritum fecit.

ضيف — II hospitio recepit.

ط

طَاغُوتٌ *n. idoli. Praeeunte* Geiger (203), *plerumque idem ac* טָעוּתָא *esse putatur, quod in Targûm* errorem *et* idola *significat.* Dvořák (503, 530) *tamen* طاغوت *nomen idoli aethiopici esse existimat, cuius sensum haud bene Muḥammed ipse cognoverit.*

طَبَعَ a, sigillum *super* (على) *qd* impressit.

طَحَا a, expandit, porrexit.

طَرَحَ a, demisit, amandavit *qm e* (عن) *loco ad locum.*

طَرْفٌ *pl.* أَطْرَافٌ latus (-eris), extrema pars.

طَرِيقٌ *m. et f.* semita, via.

طعم — IV cibum praebuit, *c. d. a.* | X cibum *ab qo* petiit. | طَعَامٌ nutricatus, nutrimentum; cibum.

طَعَنَ a, o, *malis verbis* (ب) obiurgavit *qm* (فى *vel* على).

طغو — طَغْوَى exorbitantia, transgressio, pravitas.

طَغَى a, *n. act.* طُغْيَانٌ insolens et impius fuit, violenter egit; excrevit, exundavit *aqua.* | طَاغِيَةٌ qui *vel* quod per vim agit, oppressor, *inde* (LXIX, 5) fulmen cum magno tonitru.

طَلَبٌ (*n. act.*) adventus, τὸ pervenire *ad* (ل; XVIII, 39).

طَلْحٌ acacia gummifera.

طَلَعَ o, ascendit, ortus est. | V penetravit, perspexit *intimam rem, c. a. vel* فى. | VIII supervenit, *c.* على *p.* | مَطْلِعٌ (C. 223 *b*; Barth 260) tempus *vel* locus solis orientis.

طلق — II dimisit repudio *uxorem.*

طَمَسَ i, delevit.

طمن — إِطْمَأَنَّ (IV *a* طَمْأَنَ) quievit, requievit.

طهر — II purum reddidit, purificavit. | طَهُورٌ purus.

طُورٌ (*ex ar.* טוּרָא, ܛܘܪܐ) mons. *In Qorano montem Sinai tantum significat.*

طوع — IV *ci* obediit, obtemperavit, dicto audiens fuit. | X potens fuit, potuit (*pro rg.* إِسْتَطَاعَ *etiam* إِسْطَاعَ *scribitur*, C. 118 *b*). | طَاعَةٌ obedientia, obtemperatio.

طَافَ o, circumivit, ambivit *qm* (على); circum (على) *qm qd* (ب) duxit. | طَآئِفَةٌ hominum turba.

طَالَ o, longus fuit. | طَوْلٌ divitiae, opes. | طَوِيلٌ longus.

طَوَى i, *n. act.* طَىٌّ complicavit, convolvit.

طَابَ i, placuit, *ci* (ل). طاب له عن شَىْءٍ نَفْسًا *qa re* abstinere *vel* carere voluit pro eo. | طَيِّبٌ,

f. ة (*pl. rg.*) bonus; purus, mundus; res bona et recta.

طير — X late se diffudit. | طَيْرٌ *coll.* aves, volucres.

ظ

ظَلَّ a, diu fuit, continuavit. C. 407. | ظِلٌّ *pl.* أَظْلَالٌ umbra. | ظَلِيلٌ umbrosus.

ظَلَمَ i, *n. act.* ظُلْمٌ, iniuste, sceleste egit. ولم تَظْلِمْ منه شَيْئًا neque ex eo (*i. e.* fructu) quidquam defraudaverunt (XVIII, 31). | ظَالِمٌ (*el.* أَظْلَمُ), *pl. rg. vel* ظُلْمٌ, iniquus. | ظُلُمَةٌ, *pl. rg.*, tenebrae.

ظَنَّ o, *n. act.* ظَنٌّ, putavit, existimavit.

ظَهَرَ a, manifestus, perspicuus fuit; conscendit, ascendit; potitus est *re* (على). | IV effecit ut *qs* (على) *rem* cognosceret. | VI *pl.* se invicem *contra* (على) *qm* iunxerunt. | ظَهْرٌ *pl.* ظُهُورٌ tergum. | ظَهِيرٌ *m. et f.*, *sing. et pl.* (Barth 135) adiutor.

ع

عَبَدَ o, adoravit, coluit *Deum* (*a. vel* ل). | عَبْدٌ *pl.* عِبَادٌ servus, *praes. de homine erga Deum dicitur; cf.* Goldziher I, 265—6. | عِبَادَةٌ Dei cultus, adoratio.

عَبَرَ o, transivit; explicavit, interpretatus est *somnium* (*a. vel* ل). | عِبْرَةٌ exemplum.

عَبَسَ i, vultum contraxit, acerbum vultum fecit. | عَبُوسٌ teter, austerus, *inde* adversus et infaustus *dies*.

عتد — IV disposuit, paravit *qd ci* (ل).

عَتَلَ i, violenter *qm in* (الى) *locum* traxit.

عتو — عِتِيٌّ (*n. act.*) contumacia, superbia (XIX, 70); senectus (XIX, 9). | عَاتٍ violentus, vehemens.

عثر — IV effecit ut *qs* (*a.*) *rem* (على) cognosceret.

عَجَبٌ res mirabilis; عجبًا mirabili modo.

عَجُزٌ *pl.* أَعْجَازٌ radix, *vel* pars inferior trunci.

أَعْجَفُ *pl.* عجَافٌ macilentus.

عَجِلَ a, festinavit, properavit. | II acceleravit, festinare fecit. | X petiit ut *qd* festinaret. | عِجْلٌ vitulus. | عَجَلٌ festinatio, properantia *praes.* nimia. | عَاجِلٌ festinans, velox; العاجلة mundus hic caducus.

عَدَّ o, *n. act.* عَدٌّ numeravit. | IV praeparavit, *qd ci* (ل) paravit. | V transgressus est, praeterivit. | عَدَدٌ *m. et f.* (*cf.* Barth 161) numeratus (XVIII, 10; *cf.* II, 74 أَيَّامًا مَعْدُودةً). | عِدَّةٌ numerus.

عَدَلَ i, recte disposuit; aequitatem et iustitiam servavit, aequo et iusto modo egit. | عَدْلٌ aequitas, iustitia.

عَدْنٌ Eden, *cf. ad* LVI, 12.

عَدَا o, supersedit, praeteriit, omisit *c. a. vel* عن; transgressus est. | عَدُوٌّ (XVIII, 48 *coll.*, *cf.* Barth 147) *pl.* أَعْدَآءٌ inimicus, hostis. | عُدْوَانٌ iniustitia. | عَادِيَاتٌ *equae* veloces (C, 1).

عذب — II punivit, castigavit. | عَذَابٌ poena, cruciatus.

عذر — VIII excusavit se *apud* (ل *vel* الى) *qm ob* (من) *qd.* | عُذْرٌ excusatio.

عَرُوبٌ *pl.* عُرُبٌ dilecta coniugi, *vel* maritum valde amans.

عَرْشٌ *pl.* عُرُوشٌ thronus, *praes.* Dei; paxillus quo vites sustinentur.

عَرَضَ i, *n. act.* عَرْضٌ, ostendit, exposuit *qd ci* (ل *vel* على). | IV *n. act.* إِعْرَاضٌ adversatus est, recessit, reclinavit *a* (عن) *re; tacuit qd* (عن; XII, 29; LXVI, 3). | عَرَضٌ accidens, *i. e.* bona caduca et fragilia huius vitae.

عَرَفَ i, novit, agnovit. | II docuit, *ci* (*a. vel* ل *vel* ب) *qd* notum fecit. | مَعْرُوفٌ bonus, conveniens; bonum, iustum. بالمعروف convenienter, apte, pulcro et recto modo.

عِزٌّ *et* عِزَّةٌ potentia, auxilium. | عَزِيزٌ potens, fortis; pretiosus, carus.

عزل — VIII se *ab qo* separavit.

عُسْرٌ difficultas.

عَسْعَسَ tenebrescere coepit.

عَسَى fieri potest ut, *sequente* أَنْ *et subiunctivo.* C. 407 *rem. c*; 549, 2.

عشر — III *qm* tractavit, consortio *cs* usus est. | عَشْرٌ, *f.* عَشَرَةٌ, decem. أَحَدَ عَشَرَ undecim. | عِشْرُونَ viginti. | عُشَرَآءُ *pl.* عِشَارٌ decimum graviditatis mensem agens *camela.*

عشو — عِشَآءٌ *et* عَشِيٌّ vesper.

عُصْبَةٌ turba *hominum*, agmen.

عَصَرَ i, pressit *uvas*, expressit succum. | المُعْصِرَاتُ *aquam* exprimentes, *i. e.* nubes.

عَصْفٌ herbae, *vel* segetes. | عَاصِفَةٌ vehementer flans ventus.

عصم — VIII firmiter *ci* (ب) adhaesit. | X restitit, se *a* (ب) *re* defendit.

عَصَى i, rebellis, inobediens fuit *ci in re, c. d. a.* | عَصِيٌّ rebellis, contumax.

عَضُدٌ *m. et f.* (brachium, *inde*) auxilium.

عَضَلَ o, *uxorem repudiatam* quominus alio nuberet impedivit *maritus.*

عطل — II vacuum fecit, fecit ut careret, *c. d. a.* واذا العِشار عُطِّلت cum camelae decimum graviditatis mensem agentes destitutae fuerint *pastore* (LXXXI, 4).

عطو — عَطَآءٌ donum.

عَظْمٌ *pl. multit.* عِظَامٌ os (ossis). | عَظِيمٌ, *el.* أَعْظَمُ magnus, gravis.

عقّ — X abstinuit *re* (عن).

عَفَا o, texit *peccatum*, *i. e.* ignovit, pepercit *ci* (عن) *qd.* | عَفُوٌّ multum condonans.

عُقْبٌ exitus ac successus *rei.* | عُقْبَى

retributio, remuneratio. | عَاقِبَةٌ finis, exitus *rei*.

عَقَدَ i, obstrinxit *qm*.

عَقَرَ i, suffragines, crurium nervos secuit *ut camelam interficeret*, *vel tantum* interemit, interfecit. | عَاقِرٌ sterilis *femina*. S. 51 *Anm. a*; C. 295 *rem. b*.

عَقَلَ i, intellexit.

عَكَفَ i, o, sedulo intentus fuit, studiose coluit, *c.* على *vel* ل.

عَلَقٌ sanguis coagulatus. | مُعَلَّقَةٌ suspensa, *i. e.* mulier quae nomine tantum, non re, maritum habet (IV, 128).

عَلِمَ a, scivit *c. a. vel* ب. | II scire fecit, docuit *c. d. a.* | عِلْمٌ scientia, doctrina. | عَلِيمٌ, *el.* أَعْلَمُ, sciens. | مَعْلُومٌ certus, statutus.

عَالَمٌ, *pl. rg.*, mundus; *ex ar.* עָלַם, ܥܠܡܐ (= *hebr.* עוֹלָם). *Formula ipsa*, *in Qorano frequentissima*, رَبّ العالمين *phrasi iudaicae* רִבּוֹן הָעוֹלָמִים *respondet* (Fränkel 21).

عَلَا o, se *super* (على) *qm* elevavit. | VI *imperat.* accede, veni *ad* (الى). | عَلَى super; secundum, iuxta; contra; propter, per. S. 71 *b*; C. 428. | عَلِيٌّ, *el.* أَعْلَى, altus, excelsus. | عَالٍ altus; superbus. عَالِيَهُمْ super eos (LXXVI, 21).

عَمَّ *v.* عن.

عَمَّةٌ, *pl. rg.*, amita, soror patris.

مُتَعَمِّدٌ *qd* consulto agens.

عُمُرٌ vita.

عِمْرَانُ *n. p. Secundum* Ex. VI, 20, *ʿAmrâm* עַמְרָם *pater Mariae, Moysis sororis, erat; sed Muḥammed hoc nomine patrem Mariae, quae fuit mater Jesus, appellat, utrasque enim Marias unam eamdemque fuisse credebat. Cf. ad* XIX, 29.

عَمِلَ a, *n. act.* عَمَلٌ, fecit, egit, opus fecit. | عَمَلٌ *pl.* أَعْمَالٌ opus, factum, agendi ratio.

عمى — أَعْمَى caecus.

عَنْ a, ab, ex, de, prae. *Locum ex quo res oritur, vel motum a loco plerumque indicat; rarius, ut* LVI, 19, *causam.* C. 416. | عَمَّ (*pro* عمّا *i. e.* عن ما) de eo quod; *interrog.* de qua re? C. 349 *rem. a*.

عِنَبٌ *coll.*, *pl.* أَعْنَابٌ uva. *Sed in Qorano* (*cf.* II, 268; VI, 99; XIII, 4; XVI, 69; XVII, 93; XVIII, 31; LXXVIII, 32 *cet.*) *mihi potius* vites *significare videtur, ut* אענב (= اعناب) *inscriptionum sabaearum* (ZDMG. XLII, 1888, 657; *cf.* Mordtmann *und* Müller, *Sabäische Denkmäler pag.* 47 = *Denkschriften der k. Akad. der Wissensch. zu Wien, philos.-histor. Classe*, XXXIII, 1883).

عَنَتٌ culpa, crimen.

عِنْدَ ad, apud. C. 425.

عَهْدٌ foedus.

عِهْنٌ lana variis coloribus tincta.

عِوَجٌ curvitas, distorta forma, *inde* res

prava (XVIII, 1). *Cf.* Goldziher I, 222—3.

عَادَ o, rediit, reversus est *ad* (لِ *vel* الى). | IV refecit, restituit, reduxit *qm in* (الى *vel* فى) *locum*; resuscitavit.

عَاذَ o, *n. act.* مَعَاذٌ, *a* (من *vel* عن) *malo ad* (ب) *qm* confugit. | مَعاذَ اللهِ servet me Deus ab ea re! C. 400, 1.

عَالَ o, ab iusto declinavit.

عَامٌ annus.

عون — IV opem tulit, adiuvit. | X auxilium petiit, opem imploravit, *c. a. vel* من *p.* مُسْتَعَانٌ in auxilium implorandus.

عَابَ i, damno affecit.

عِيرٌ viatorum agmen (Karawane).

عِيسَى *n. pr.*, Jesus. *Putat* Landauer, *ut Nöldeke* (ZDMG. XLI, 1887, 720) *refert*, عيسى *ortum esse e* עֵשָׂו (Esau), *quo nomine, ludibrii causa, Judaei Christum appellarent; Muhammedem autem, vel maiores suos, bona fide nomen recepisse. Ceterum iam* Marraccius (*Alcorani textus cet.*, *pag.* 39) *hoc animadverterat. Sed melius forsan ex ipso ar.* ܝܶܫܽܘܥ ,יֵשׁוּעַ *deduci potest, ut opinantur* J. Derenbourg (Revue des Études juives XVIII, 1889, 126—8), Fränkel (Wiener Ztschr. für die Kunde des Morgenlandes, IV, 1890, 334—5) *et* Vollers (ZDMG. XLV, 1891, 352—5).

عِيشَةٌ vivendi ratio, vita. | مَعَاشٌ res ad vivendum necessariae (moyens de vivre).

عَيْنٌ *f.*, *pl.* أَعْيُنٌ *et* عُيُونٌ oculus; fons. على اعين ante oculos, coram. | أَعْيَنُ, *f.* عَيْنَاءُ, *pl. comm.* عِينٌ magnis oculis praeditus.

غ

غثو — غُثَآءٌ foenum.

غدر — III dereliquit.

غدو — غَدًا cras. | غَدَآءٌ cibus qui matutino tempore sumitur, ientaculum. | غَدَاةٌ mane, prima lux.

غَرَّ o, (*n. act.* غُرُورٌ *sensu passivo*) decepit *qm eum in vanam opinionem adducens*, allexit; pellexit *ad rem nefariam contra* (ب) *qm.*

غَرَبَ o, occidit *sol.* | مَغْرِبٌ tempus et locus solis occidentis. C. 223 *b*; Barth 260. | غَرَبَةٌ pulvis.

غرق — IV submersit, *c. a. p. et* فى *loci.*

غرم — IV ad solvendum debitum *qm* adstrinxit.

غَسَّاقٌ tabes, sanies.

غسل — VIII se ipsum lavavit *re* (ب). | غِسْلِينٌ tabes effluens *e corporibus damnatorum in inferno.*

غَشِيَ a, texit; *ad qm* venit, *unde* | الغَاشِيَةُ dies extremi iudicii, *nam superventurus est necopinato cum maximo terrore omnium.*

غُصَّةٌ res in gutture haerens ita ut angat.

غَصْبٌ violens *rei* direptio.

غَضِبَ a, iratus est *ci* (على). | مُغَاضِبٌ iratus.

غطو — غِطَآءٌ operimentum.

غَفَرَ i, *n. act.* مَغْفِرَةٌ condonavit, pepercit *ci* (ل) *qd.* | X indulgentiam, veniam *rei* (*a.*) petivit *ab qo* (*a.*) *pro* (ل) *qo.* | غَفُورٌ multum condonans *Deus.*

غَفَلَ o, neglexit *qd* (عن). | IV socordem, neglegentem *qm de* (عن) *re* reddidit. | غَفْلَةٌ neglegentia, incuria *de* (عن) *re.*

غَلَّ o, vinxit, ligavit. | غُلٌّ *pl.* أَغْلَالٌ collare, vinculum.

غَلَبَ i, praevaluit, vicit *qm* (*a. vel* على). | غَلْبَآءُ *pl.* غُلْبٌ locus frondosis arboribus confertus.

غَلُظَ o, durus, saevus fuit *in* (على) *qm.* | غَلِيظٌ *pl.* غِلَاظٌ gravis, durus, firmus.

أَغْلَفُ *pl.* غُلْفٌ non circumcisus.

غلق — II clausit *portam.*

غُلَامٌ puer.

غَلَا o, modum excessit *in* (فى) *re.*

غَلَى i, *n. act.* غَلْيٌ ebullivit *aqua cet.*

غَمٌّ moeror.

غَنَمٌ *coll.* pecora minora (oves et caprae). | مَغْنَمٌ *pl.* مَغَانِمُ praeda.

غنى — IV divitem fecit; satis fuit; suffecit *ci*; profuit *ci* (عن). | X dives fuit *vel* factus est. | غَنِيٌّ dives.

غوث — IV opem tulit, adiuvit *c. a. p. et* ب *r.* | X opem *ab* (*a. vel* ب) *qo* imploravit.

غور — IV velociter incessit *equus*, irruit *in hostes.* | غَوْرٌ locus *in terra* depressus.

غَاصَ o, se *in* (*a.*) *aquam* demersit.

غوط — غَآئِطٌ latrina.

غوى — غَيٌّ perditio, interitus (*proprie* error, *oppos.* هُدًى, *cf.* II, 257; VII, 143, 201).

غَابَ i, abfuit, procul fuit *a* (عن) *loco.* | غَيْبٌ quod *qm* latet; dubium; mysterium. | غَيَابَتٌ (XII, 10, 15, *pro* غيابة *cf.* Nöldeke 245) profundum, imum, fundus.

غَاثَ i, pluviâ rigavit *terram*; يُغَاثُ النَّاسُ pluviâ donabuntur homines (XII, 49).

غير — II alteravit, mutavit. | غَيْرٌ mutatio, differentia; *in st. cst.* alius, alia, aliud, non. S. 88; C. 448, 4, 557.

ف

فَ et, ergo, tunc, dein, itaque. *A* وَ *discrepat eo quod illatum ex praecedentibus subiungit* (*quamquam saepe, ut* و, *simpliciter copulat*); *et a* ثُمَّ *quod sine mora ulla subiungit praecedentibus quae sequuntur.* C. 364. *In sententiis quarum apodosis ab* أَمَّا (quoad) *incipit*, *primo apodoseos vo-*

cabulo semper praefigitur. C. 364 *et* 367, 6.

فاى — فِئَةٌ (Barth 124) agmen hominum, turba; pars, factio.

فَتَأَ a, *c. negatione* desiit, cessavit. *Tamen* XII, 85 *particula negandi omissa est.*

فَتَحَ a, aperuit. حتّى اذا فُتِحَتْ يأجوجُ donec aperiatur *via ad egressus* Yâgûği (XXI, 96). | فَتْحٌ victoria.

فَتَرَ o, i, quievit, cessavit *a* (عن) *re.*

فَتَقَ o, diffidit, separavit, *c.* بين.

فَتِيلٌ filum; *praecedente negatione* (*ut* IV, 52, 79) nihil. *Cf.* neque hilum (*i. e.* neque filum), *unde* nihilum, nihil; *et* Gen. XIV, 23: אִם־מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ־נַעַל neque filum neque corrigiam calcei, *i. e.* ne minimam quidem et vilissimam rem.

فَتَنَ i, adortus est; tentavit. | فِتْنَةٌ seditio, tumultus; probatio, tentamen.

فتو — IV responso iudicioque edocuit, *c. a. p. et* فى *r.* | X consuluit *qm ut responsum iudiciumque redderet, c. a. p. et* فى *r.* | فَتًى *pl.* فِتْيَةٌ iuvenis; *f.* فَتَاةٌ *pl.* فَتَيَاتٌ puella, ancilla.

فَجٌّ *pl.* فِجَاجٌ via lata inter montes.

فجر — II *n. act.* تَفْجِيرٌ fluere fecit, aquas commiscere sivit. | فُجُورٌ malitia, improbitas. | فَاجِرٌ *pl.* فَجَرَةٌ *et* فُجَّارٌ improbus, impius, scelestus, dissolutus.

فَجْوَةٌ locus amplus.

فَحْشَاءُ res turpis et inhonesta. | فَاحِشَةٌ res turpis, *ut* adulterium, fornicatio *cet.*

فَخُورٌ multum se iactans *vel* glorians, iactabundus.

فَرَّ i, *n. act.* فِرَارٌ fugit *c.* من *loci.*

فَرْجٌ pudenda *et viri et mulieris.*

فَرْدٌ unicus, solus, *inde* nudus, absque omnibus suis opibus (XIX, 83, 95).

فِرْدَوْسٌ *m. et f.*, Paradisus. *Cf. hebr.* פַּרְדֵּס, *syr.* ܦܪܕܝܣܐ, *gr.* παράδεισος, *i. e.* hortus amplissimus arboribus consitus, *quae voces plerumque e zendico* pairidaêza *ducuntur. Res tamen haud dubitatione caret, et vox potius babylonica est habenda; cf.* Delitzsch, *Wo lag das Paradies, Leipzig* 1881, *pag.* 95—7.

فَرَاشٌ *coll.* papiliones. | فِرَاشٌ *pl.* فُرُشٌ stragulum, lectum.

فَرَضَ i, decrevit, constituit, sancivit *qd ci* (ل). | فَرِيضَةٌ res sancita, statutum *praes. a Deo.*

فرط — II modum excessit *in* (فى) *re* (XII, 80). | فُرُطٌ quod modum excedit, excessus.

فِرْعَوْنُ *n. pr.*, Pharao, *e syr.* ܦܪܥܘܢ (*hebr. est* פַּרְעֹה, *aegypt.* per-āa).

فرغ — IV effudit *qd super* (على) *rem.*

فَرَقَ o, decrevit, statuit. | II separavit, *c.* بين. | V dispersus, separatus est. | فِرَاقٌ separatio. | فَرِيقٌ agmen

hominum, turba. | فُرْقَانٌ *vox ex iudaico* פֻּרְקָן *deprompta, quod, ut syr.* ܦܘܪܩܢܐ *et aeth.* farqân, liberationem, redemptionem, salutem *significat* (*ita etiam* VIII, 29, 42). *Judaei postea hac voce* revelationem Dei *indicaverunt, eodemque sensu eam Muhammed saepe usurpavit.* Geiger 56—7; Nöldeke 25—6; Sprenger II, 337—340.

فرى — VIII finxit, commentus est *mendacium de* (على) *qo.* | فَرِيٌّ mirabilis.

فَزَعٌ terror.

فَسَدَ o, corruptus fuit. | IV malum excitavit, inique egit.

فَسَقَ i, o, discessit *a* (عن) *praeceptis Dei*; improbus, impius fuit.

فَصَلَ i, egressus est, secessit *a* (من) *loco.* | II *n. act.* تَفْصِيلٌ clare exposuit. | فَصْلٌ distinctio, discriminatio; يوم الفصل dies supremi iudicii.

فضّ — VII effudit se *ad* (الى). | فِضَّةٌ argentum.

فضل — II *qm qo* (على) praestantiorem fecit *in* (ب) *re*, superiorem constituit. | فَضْلٌ donum, beneficium, gratia; من فضل الله Dei gratiâ.

فضو — IV venit, ingressus est, *c.* الى.

فَطَرَ o, i, creavit. | VII fissus est.

فَعَلَ a, *n. act.* فِعْلٌ, egit, fecit *ci* (ب) *qd.* | فَعَّالٌ agens, faciens, *sequente genetivo vel* ل (LXXXV, 16; *v.* Barth 49).

فَقَدَ i, quaesivit *rem amissam.*

فَقِيرٌ pauper.

فَقِهَ a, intellexit.

فكّ — VII disiunctus, separatus est.

فكه — V admiratus est, admiratione impletus est *ob* (ب) *rem.* | فَاكِهٌ, *pl. rg.*, valde laetus, felix. | فَاكِهَةٌ fructus.

فلح — IV felix fuit.

فَلَكٌ orbis caelestis.

فمو — فَمٌ, *st. cst.* فو, فى, فا, *pl.* أَفْوَاهٌ (*pro* *أَفْمَاوٌ, *افواو) os (oris). S. 65 *o*; C. *pag.* 185, 198; *v.* Barth, ZDMG. XLI, 1887, 633—5.

فند — II *qm* delirare dixit *vel* putavit.

فهم — II effecit ut intelligeret, *c. d. a.*

فَوْجٌ *pl.* أَفْوَاجٌ hominum agmen.

فَازَ o, *n. act.* فَوْزٌ lucratus est *qd* (ب). | فَوْزٌ gaudium, felicitas; lucrum. | مَفَازٌ effugium, refugium.

فَوْقَ super, supra; *de loco, tempore, numero cet. adhibetur.*

فوه *v.* فمو.

فِيلٌ (*e pers.* پيل) elephas.

فِيمَ *pro* فِيمَا (فى ما). C. 339 *rem. a.*

ق

قبر — IV sepelivit. | قَبْرٌ *pl.* قُبُورٌ sepulcrum.

قبل — IV se *ad* (على) *qm* convertit;

occurrit, incidit *in* (فى) *qm.* | VI *pl.* se invicem respexerunt, sese mutuo spectaverunt. | من قَبْلُ antea; قَبْلَ prae, ante. | قُبُلٌ pars anterior; قبلًا coram, in conspectu.

قَتَرَةٌ pulvis.

قَتَلَ o, *n. act.* قَتْلٌ occidit, interfecit. | III *n. act.* قِتَالٌ pugnavit *c. qo.*

قَدْ iam, dudum; *qua particula praecedente, perfectum vim plusquamperfecti habet.* S. 73 *e*; C. 360, 368, 369.

قَدَّ o, per longum laceravit *vestem.*

قَدَحَ a, *n. act.* قَدْحٌ ignem excussit.

قَدَرَ i, o, potuit *c.* على *r.*, *et* أَنْ *verbi.* | II *n. act.* تَقْدِيرٌ conformavit, recte disposuit; decrevit; mensus est. | VIII potens fuit *in* (على) *re.* | قَدِيرٌ potens.

قُدُّوسٌ (*vox ar.*) sanctissimus.

قدم — II protulit, praebuit, obtulit *qd ci* (ل). | قَدِيمٌ antiquus, vetus.

قَذَفَ i, *qm* (على) iaculatus est *re* (ب).

قَرَّ a, aquam frigidam *super* (*a. vel* على) infudit; قَرَّ عينًا laetus factus est (*cf.* Guidi 576). | قَارُورَةٌ *pl.* قَوَارِيرُ ampulla vitrea.

قَرَأَ a, recitavit, alta voce dixit; *inde* legit, *ut semper lingua arabica seriore.* Nöldeke 9—10. | IV recitare *vel* legere fecit. | قُرْآنٌ recitatio, *inde* Qoranus, *sive totus est, sive tantum eius pars* (*ut* XII, 3). Nöldeke 25.

قَرُبَ a, appropinquavit, accessit *ad* (*a. vel* من *vel* الى). | II prope adduxit, appropinquare fecit *qm ad* (الى). المُقَرَّبُونَ ii qui *propter bonas operas ad Deum* admoti sunt. | VIII appropinquavit, accessit *ad qm.* | قَرِيبٌ vicinus; من قريب quam primum. *El.* أَقْرَبُ; *pl. rg.* الاقربون propinqui, consanguinei. | قُرْبَى propinquitas; ذو القربى *pl.* أُولوا القربى propinquus, cognatus.

قَرَضَ i, declinavit, recessit *a re.* | IV mutuo, foenori dedit *c. d. a.* | قَرْضٌ quod mutuo *vel* foenerato datur.

قَارِعَةٌ percutiens, pulsatrix; القارعة dies iudicii supremi.

قَرْنٌ cornu; tempus, aetas. ذو القرنَيْنِ (XVIII, 82 *seqq.*) duobus cornibus praeditus, *i. e.* Alexander magnus, *ita appellatus quod in nummis interdum cum duobus cornibus, ut Jupiter Ammon, effictus erat. Sed Muslimi plurimas ac absurdas nominis explicationes excogitaverunt; cf.* Maçoudi, *Prairies d'or*, *t.* II, *pag.* 248—9. | قَرِينٌ socius, comes.

قَرْيَةٌ *pl.* قُرًى oppidum, pagus.

قسط — IV iustitiam servavit, iustus fuit *erga* (فى) *qm.* | قِسْطٌ aequitas, iustitia; *m. et f.*, *sing. et pl.* (*cf.* Barth 170 *et* § 19 *a*) iustus (XXI, 48).

قسم — IV iuravit. | قَسَمٌ iusiurandum. | قِسْمَةٌ partitio.

قَصَّ o, *n. act.* قَصَصٌ, exposuit, narravit *ci* (على) *qd*; secutus est.

قَصُرَ o, brevis fuit.

قَصَمَ i, fregit, delevit.

قصو — قَصِىٌّ remotus.

قضّ — VII ruinam minatus est *murus*.

قَضْبٌ *coll.* herbae virides pabulo inservientes.

قَضَى i, perfecit, finivit; statuit, decrevit. | القَاضِيَةُ quae absolvet, finiens, *i. e.* mors (LXIX, 27). | مَقْضِىٌّ constitutus, decretus.

قِطْرٌ aes liquefactum.

قَطَعَ a, *et* II excīdit, cecīdit *qd de* (من) *re*. | V *pl.*, *inter* (بين) *se* disiuncti sunt. تَقَطَّعوا امْرَهم بينهم in *religionis* rebus inter se dissenserunt (XXI, 93).

قِطْفٌ *pl.* قُطُوفٌ fructus, *praes.* uva.

قَعَدَ o, sedit. | قَاعِدٌ, *pl. rg. vel* قُعُودٌ, sedens.

قَلَّ i, paucus, exiguus fuit. | قَلِيلٌ, *el.* أَقَلُّ paucus, exiguus; *coll.* pauci (IV, 69, 85, 154; XVIII, 21; *cf.* Barth 134-5). قَلِيلًا parum, paucum.

قلب — II vertit, versavit. | VII reversus est *ad* (الى) *qm*. | قَلْبٌ *pl.* قُلُوبٌ cor. | مُنْقَلَبٌ compensatio.

قَلَمٌ calamus scriptorius.

قَمَرٌ luna.

قَمِيصٌ tunica interula, subucula, *quae ab Orientalibus super bracas, non subter, gestatur* (*v.* Dozy, *Diction. des noms des vêtements chez les Arabes, Amsterdam* 1845, *pag.* 371—5). *Vox arabica e gr.* καμίσιον (*i. e.* camisia, *vox gallica*) *orta est; cf.* Kremer, *Culturgeschichte des Orients unter den Chalifen, Wien* 1875—77, *t.* II, *pag.* 215—6.

قَمْطَرِيرٌ difficilis, calamitosus *dies*.

قَانِتٌ, *f.* ةٌ, *pl. rg.*, obediens.

قِنْطَارٌ (*ex ar.* קינטרא, ܩܢܛܪܐ, *hellen.* τὸ κάνταρι, *i. e.* centenarium *pondus*) magna vis pecuniae.

قَهَّارٌ omnipotens.

قوت — مُقِيتٌ custos, inspector.

قَالَ o, dixit. | V dixit finxitque *de* (على) *qo mendacium*. | قَوْلٌ (*pl. pl.* أَقَاوِيلُ) *et* قِيلٌ dictum, sermo.

قَامَ o, surrexit; stetit, constitit. | IV *n. act.* إِقَامٌ stare iussit, posuit; statuit, constituit *ci* (ل) *qd*; diu continuavit, pertraxit *preces cet.* | X viam rectam *ad* (الى) *Deum* petiit. | قَوْمٌ *coll.* populus, gens, homines. | قَائِمٌ (*el.* أَقْوَمُ; *pl.* قِيَامٌ) *et* قَوِيمٌ rectus, erectus. | قَوَّامٌ, *pl. rg.*, stans, consistens. | قَيِّمٌ (recte stans, erectus, *inde*) probus, *opp.* عِوَجٌ. | قِيَامٌ rectio, administratio. | قِيَامَةٌ resurrectio. | مَقَامٌ locus ubi *qs* stat, habitatio; ordo, gradus dignitatis. | مُسْتَقِيمٌ rectus.

قوى — IV terram desertam peragravit. | قُوَّةٌ potentia, vis.

ك

كَ ut, sicut; *tantum c. substantivis in casu genetivo coniungitur.* S. 94; C. 354, 432. | كَأَنَّ ut si. | كَذٰلِكَ ita, hoc modo. | كَمَا eo modo quo, sicut.

كَأْسٌ *f.* poculum, calix, cyathus.

كَافُورٌ camphora (*hinc vox arabica*), LXXVI, 5 *nomen fontis in Paradiso.*

كَبِرَ a, crevit, adolevit. — كَبُرَ o, gravis fuit. | IV magnificavit. | X superbus fuit *vel* factus est, superbivit; superbe *qd* (عن) contempsit. | كِبَرٌ aetas grandaeva. | كَبِيرٌ, *el.* أَكْبَرُ (*f.* كُبْرَى) magnus; *f.* ة (*pl.* كَبَائِرُ) magna *culpa.*

كَتَبَ o, *n. act.* كِتَابٌ, scripsit; *ci* (على) *qd* praescripsit. | كِتَابٌ *pl.* كُتُبٌ liber, scriptum; quod praescriptum est, praeceptum (IV, 28, 104). اهل الكتاب gens libri *i. e.* Judaei et Christiani *libros sacros habentes.*

كَتَمَ o, celavit *rem, c. d. a.*

كَثِيبٌ arenae tumulus.

كَثُرَ o, multus *vel* magnus fuit. | كَثِيرٌ (*m. et f., vel f.* ة) *el.* أَكْثَرُ multus.

كدر — VII praeceps ruit.

كَذَبَ i, mentitus est; *passiv.* mendax putatus est. | II *n. act.* تَكْذِيبٌ *et* كِذَّابٌ (LXXVIII, 28; Barth 67) *qm* mendacem *vel qd* falsum esse iudicavit, mendacii arguit *vel* insimulavit, *c. a. vel* ب. | كَذِبٌ falsus (Barth 165); mendacium, falsum. | كَاذِبَةٌ mendax (*f.*); mendacium.

كَرْبٌ angustia, moeror.

كرم — II *et* IV honoravit, honore affecit. | كَرِيمٌ *pl.* كِرَامٌ nobilis, generosus, honorabilis; gratus, iucundus (*de umbra*, LVI, 43).

كَرِهَ a, abhorruit, aversatus est *qd.* | كَرْهٌ aversatio, molestia; كرهًا invito.

كَسَبَ i, acquisivit, collegit, lucratus est; fecit, perpetravit (IV, 111, 112; XVIII, 57). | VIII lucratus est.

كَسْلَانُ *pl.* كُسَالَى segnis, ignavus.

كَسَا o, vestivit, induit *qm veste* (ب).

كَشَطَ o, dimovit, removit *qd a* (عن) *loco.*

كَشَفَ i, *ci* (عن) *qd* detraxit.

كَظِيمٌ moestus, moerore pressus.

كَاعِبٌ *pl,* كَوَاعِبُ rotundis et turgidis mammis praedita *puella.*

كَفَّ o, repulit, avertit, retinuit *rem a* (عن) *re.* كُفُّوا ايْدِيَكم manus vestras retinete, *i. e.* quiescite, abstinete bello (IV, 79). | كَفٌّ *f.* vola manus, manus.

كُفُوٌ aequalis, par.

كَفَرَ o, *n. act.* كُفْرٌ, impius fuit, non credidit *in* (*a. vel* ب) *veram religionem.* | II *qm* (عن) *a crimine* (*a.*) expiavit. | IV ad infidelitatem *qm* adduxit. | كَفُورٌ beneficia Dei non

agnoscens. | كَافِرٌ, *pl. rg. vel* كَفَرَةٌ *vel* كُفَّارٌ incredulus, infidelis, impius. | كُفْرَانٌ inficiatio.

كِفْلٌ portio (IV, 87). ذو الكِفل *n. prophetae bis* (XXI, 85; XXXVIII, 48) *memorati, quem interpretes* filium Jobi, *vel* Eliam, *vel* Zachariam, *vel* Josue (יְהוֹשֻׁעַ) *esse putant.* Geiger 195 ذو الكفل *aut* Obadiam (עֹבַדְיָה, I Reg. XVIII, 4 *seqq.*) *aut* Ezechielem *esse cogitavit. Sed omnium maxime probabilis sententia est Dû 'l-kifl* Eliae *respondere, qui* pallio plicato *aquas Jordani percutiens, eas divisit et cum Elisaeo flumen arido vado transivit* (II Reg. II, 8). *Nam et* كفل rem duplicatam *significat, et* XXXVIII, 48 *Dû 'l-kifl una cum Elisaeo memoratur.*

كَفَى i, suffecit, satis fuit *ci.* كفى بنا حاسِبين satis fuerit in nobis computantes quod attinet *i. e.* sufficiemus nos in computando (XXI, 48; *cf.* IV, 7, 47, 53, 58, 81 *cet.*).

كُلٌّ universitas; *in st. cst.* omnis; كُلّ إِنْسانٍ omnis homo, quisque; كُلّ الانسانِ totus homo; كل ناسٍ *vel* كُلّ الناس omnes homines. S. 85 *b*; C. 448, 516. | كُلَّمَا quotiescumque; *construitur ut* إِنْ. C. 372. | كَلَالَةٌ *coll.* cognati haud proximi.

كَلَّا nequaquam, minime, *in responsione. Saepe tamen in Qorano graviter affirmare videtur:* prorsus, omnino, certe; *cf.* μὰ τὸν Δία. *Res ita a* G. H. Ewald (*Gramm. crit. ling. arab.*, II, 230) *explicatur:* كلا *ita usurpatur ut loquens aliorum opinionem ante omnia acriter neget, deinde suam affirmet; quid enim graviter neget loquens, satis e contextu patet, ex. gr.* «disceptant inter se de die iudicii» *quasi eum negaturi sint;* كلا سَيَعْلَمون «nequaquam! cognoscent eum!» *i. e.* non est profecto quod dubitent, omnino eum cognoscent.

كَلَأَ a, defendit, servavit *qm a* (من) *re.*

كَلْبٌ canis.

كلف — II rem gravem imposuit, munus *ci* detulit, *c. d. a.*

كلم — II *n. act.* تَكْلِيمٌ collocutus est *c. qo.* | V locutus est, dixit *qd* (*a. vel* ب). | كَلِمٌ *coll.* (*cf.* IV, 48), *n. un.* ة, *pl.* كَلِمَاتٌ verbum.

كلى — كِلَانِ *dualis, f.* كِلْتَانِ (*st. cst.* كلتا) ambo, ambae. *Radix est hamzata in hebr.* כִּלְאַיִם (= duae res diversi generis) *et aeth.* kĕlĕ' (= duo diversi generis). *De forma f., cf.* بِنْتٌ filia (*rad.* بنى), ثِنْتَانِ duae (*rad.* ثنى), *hebr.* בִּלְתִּי.

كَمْ (*pro* كَمَا sicut quid?) *interrog.* quantum, quot? *sequente genetivo, vel a., vel* من. C. 349; 409, 5.

كَمَا (ك *et* ما) ut, sicut.

كَنَّ o, texit; custodivit. لُؤْلُؤٌ مكنون margarita *in concha* custodita. | كِنٌّ *pl.* أَكِنَّةٌ tegumentum.

كَنُودٌ *m. et f.* ingratus, rebellis, *c.* ل *p.*

كَنْزٌ (*e pers.* گَنْج) thesaurus.

كَانِسٌ *pl.* كُنَّسٌ se in latibulum recipiens, se occultans.

كَهْفٌ specus, spelunca. أَصْحَابُ الْكَهْفِ socii speluncae *i. e.* septem dormientes Ephesi; *v.* XVIII, 8—25.

كَاهِنٌ vates, hariolus.

كُوبٌ (*ex. ar.* כּוּבָא *i. e. lat.* cupa) *pl.* أَكْوَابٌ cantharus ansa et tubulo carens.

كَادَ a, prope fuit *ut*, parum abfuit *quin*, *sequente imperfecto.* C. 407 *rem. c.*

كور — II *n. act.* تَكْوِيرٌ obvolvit, convolvit. اذا الشمس كُوِّرَتْ cum sol obvolutus erit *tenebris* (LXXXI, 1).

كَوْكَبٌ (*pro* كبكب; Barth, ZDMG. XLI, 1887, 629; Guidi, Giornale della Società Asiat. Italiana, III, 1889, 165) *pl.* كَوَاكِبُ stella.

كَانَ o, fuit. ما كان للّه أَنْ non fuit *conveniens* Deo ut. | مَكَانٌ locus; status, condicio.

كَادَ i, *n. act.* كَيْدٌ decepit dolo; insidias *in* (ب *vel* ل) *qm* struxit; rationem rei faciendae excogitavit *pro* (ل) *qo* (XII, 76). | كَيْدٌ dolus, fraus; insidiae; astutia, techna.

كَيْفَ quomodo (*interrogative et definitive*). S. 102; C. 372.

كيل — VIII mensurando *frumentum ci* (ل) dedit. | كَيْلٌ mensura *tritici cet.*

ل

لَ equidem, profecto, certe; *praedicato, non subiecto, praeponitur, qua re ab* إِنَّ *differt, in initio sententiae semper posito.*

لِ 1º *praepos.*, ad (*nota dativi*), ob, propter; *c. suffixis scribitur* لَ. S. 70; C. 21, 354. — 2º *coniunctio*, ut, *sequente subiunctivo.* S. 75; C. 380. *Sequente iussivo, indicat imperat. tertiae p. sing. et pl., et primae pl.; et tunc, praecedente* فَ, *vocalem amittit.* S. 76; C. 364. | لِئَلَّا (لا أَنْ لِ) ne. C. 380, 2.

لَا non, minime; ne (*c. iussivo*). *Nomen indeterminatum* لا *sequens, in a. ponitur.* S. 73, 76; C. 360, 367, 380, 404. — *In Qorano ante* أُقْسِمُ iuro, *semper* لا *sensu affermativo adhibetur, sequente oratione affirmativa cum* لَ *vel* إِنَّ *incipiente* (LVI, 74; LXIX, 38; LXX, 40; LXXV, 1, 2; LXXXI, 15; LXXXIV, 16; XC, 1). *Id multifariam explicatum est; vel* لا اقسم *est interrog.* ne ego iurem? me hoc non iurare?; *vel interpretandum est* ne quidem iuro, res enim ipsa omnibus patet; *vel* لا *disiunctum est,* non; iuro *cet.; vel denique* لا *est idem ac* لَ *cum productione vocalis per emphasin. Cf. etiam* كَلَّا.

لأك — مَلَكٌ (*pro* مَلْأَكٌ) *pl.* مَلَآئِكَةٌ angelus; *ex hebr.* מַלְאָךְ, *syr.* ܡܠܐܟܐ (*aeth.* mal'ak). *Forma sing. sine hamzah orta est e dialecto higázica, saepe hamzam abiiciente* (*v.* Nöldeke 25, 280); *cf.* מלכת *et* מלאכת (*i. e.* ministerium), *quae in eadem inscriptione phoen. simul inveniuntur* (Corpus inscript. semitic., *Pars* I, *nr.* 86 A.).

لُؤْلُؤٌ margarita, unio.

لَئِنْ *v.* إِنْ.

لُبٌّ *pl.* أَلْبَابٌ intellectus (-us).

لَبِثَ a, cunctatus est, mansit *in* (فى) *loco.*

لَبِسَ a, induit, vestitus est, *c. a. r.* | لِبَاسٌ vestis, vestitus. | لَبُوسٌ *coll.* loricae.

لحد — مُلْتَحَدٌ refugii locus.

لَحِقَ a, assecutus est, *c. a. vel* ب *vel* الى. | IV adiunxit, adiecit *ci rei* (ب) *qd.*

لَحْمٌ caro.

أَلَدُّ *pl.* لُدٌّ acer in litigando et ad verum non deflectens *vir.*

لَدُنْ ad, apud.

لَدَى ad, apud, prope; *praes. de rebus ad Deum pertinentibus.* C. 356, 426.

لَسْتَ *v.* ليس.

لِسَانٌ *m. et f.*, *pl.* أَلْسِنَةٌ lingua; lingua, sermo.

لطف — V blande, comiter *c.* (ب) *qo* egit. | لَطِيفٌ propitius, benignus.

لَعِبَ a, lusit, iocum *de re* captavit.

لَعَلَّ forte, forsitan; لعلّهُ forsitan ille. C. 362, 401.

لَعَنَ a, maledixit *ci.*

لَغْوٌ sermo futilis.

لَفٌّ *pl.* أَلْفَافٌ locus densis et perplexis arboribus consitus.

لفى — IV invenit.

لقط — VIII collegit.

لَقِىَ a, *n. act.* لِقَآءٌ, occurrit, incidit *in qm.* | II *qd in qm* coniecit, *c. d. a.* | III *et* V occurrit, obviam ivit, *c. a.* | IV *qd ci* (على *vel* الى) tradidit; *qd in* (فى) *locum* proiecit.

لٰكِنْ (لا *et* كِنْ = כֵּן ita) *et* لٰكِنَّ sed, at. لكنّ *semper*, لكنْ *interdum, a. regunt.* C. 365, 553.

لَمْ (لَ مَا) non; *iussivo, c. significatione perfecti, praefigitur.* S. 76; C. 360.

لِمَ *i. e.* لِمَا cur? C. 349 *rem. a.*

لَمَّا 1° cum (quum), quotiescumque, postquam; *c. perfecto et de actione saepe iterata* (*qua re ab* اذا *differt*) *semper adhibetur.* C. 365, 369. — 2° (*ex* لَمْ *et* ما *supervacaneo*) nondum; *iussivum regit.* C. 360.

لمس — III attrectavit, palpavit.

لَنْ (*pro* لَا أَنْ non ut *hoc fiat!*) minime, nequaquam; *rem futuram negat et c. subiunctivo construitur.* S. 75; C. 360, 521.

لَهَبٌ flamma; ابو لهب *n. pr., v.* CXI, 1.

لهم — IV inspiravit, *c. d. a.*

لَهَا o, lusit, iocatus est. | V *qd* (عن) neglexit. | لَهْوٌ res ludicra, lusus.

لَوْ si, *saepe in protasi c. perfecto, cui respondet in apodosi* a) *adfirmante, iterum perfectum c.* لَ *praefixo;* b) *negante, iussivus c.* لَمْ. C. 365, 370. — *Interdum pristinam optandi potestatem* (*ut hebr.* לוּא *et* לוּ) *servat;*

qua re saepissime in Qorano post وَدَّ (amavit, desideravit) *adhibetur.* C. 551. | لَوْلَا nisi; *interrog.* cur non? (IV, 79; XVIII, 14, 37; LVI, 57, 62, 69, 82, 85). | وَلَوْ etsi, etiamsi.

لَوْحٌ tabula. *De hac voce* Fränkel 21 *haec habet:* «لوح *in lingua antiqua* tabulas navis *significans*, *in Corano* Moysis tabulas *significat. E* לוּחַ = ܠܘܚܐ *sine dubio repetitum est.*» *Cf. ad* LXXXV, 22.

لُوطٌ *n. p.*, Lot לוֹט, *filius fuit Ḥarâni* (*fratris Abrâhâmi*), *et divino auxilio e ruinis Sodomae cum duabus filiabus incolumis evasit* (Gen. XIX). *Eius historia passim in Qorano narratur:* VII, 78—82; XI, 79—84; XV, 58—74; XXVI, 160—173; XXVII, 55—59; XXIX, 32—34; LV, 33—38. *Cf.* Geiger 126.

لَامَ o, *qm* vituperavit.

لَوَى i, *n. act.* لَيٌّ torsit, implicavit, turbavit.

لَيْتَ *et* يَا لَيْتَ utinam; *c. a. subiecti et nominativo praedicati; saepius rem impossibilem, rarius possibilem significat.* C. 362, 401. لَيْتَنِى utinam ego!

لَيْسَ (*ar.* לַיִת, לֵית, ܠܝܬ) non fuit, non est, لَسْتَ non fuisti, non es; *c. a. vel* بِ *praedicati.* S. 42, 81, 93 *d*; C. 187, 524. *Compositum est ex* لَا *et forma verbali rarissima* أَيْسَ (*hebr.* יֵשׁ, *syr.* ܐܝܬ) est, existit, *cuius radicem esse patet ex* يسى *assyr.* išû, *ar. bibl.* אִיתַי, *syr.* ܐܝܬ (*ante suffixa, ut* ܐܝܬܝܗ *cet.*); *cf. hebr.* בֵּן *a* בני, שֵׁת *a* שתי *cet.*

لَيْلٌ, *n. un.* ةٌ, *pl.* لَيَالٍ (*ut a sing.* *لَيْلَى) nox.

م

مَا 1º *pronomen interrog.*, quid? — 2º *pronomen relativum*, id quod, quidquid, *de rebus inanimatis.* C. 344, 246. — 3º *particula negandi,* non. C. 360, 496, 522.

مَأْجُوجُ *n. gentis*, *cf.* XXI, 96.

مِائَةٌ (mi'at^{un}, *cf. hebr.* מֵאָה, *phoen.* מאת, *ar.* מְאָה, ܡܐܐ, *aeth.* mĕ't, *et aliam scribendi formam* مِئَةٌ; *v.* Nöldeke 259) centum. *Cf.* Barth 7.

متع — II fruendum dedit, frui permisit, *c. a. p. et* بِ *r.* | X fruitus est *re* (بِ). | مَتَاعٌ *pl.* أَمْتِعَةٌ fructus qui ex re percipitur, commodum; instrumentum, supellex.

مَتَى *interr.*, quando, quo tempore?

مثل — V se *ci* similem fecit. | مِثْلٌ *pl.* أَمْثَالٌ similitudo; مِثْلُهُ ei similis, كَأَمْثَالِ اللُّؤْلُؤِ margaritae similes, sicut margarita. S. 94 *b*; C. 448 *rem. b.* | مَثَلٌ similitudo, parabola. | تِمْثَالٌ *pl.* تَمَاثِيلُ imago, simulacrum.

مَجِيدٌ praeclarus, illustris.

مَخَاضٌ dolores partus.

مَدَّ o, *n. act.* مَدٌّ extendit, expandit. | مَدَدٌ opes, auxilium. | مِدَادٌ atramentum.

مَدِينَةٌ v. دين.

مَرَّ o, transivit *ad* (على *vel* ب) *qm.* | مَرَّةٌ vicis.

مَرْءٌ *et* إِمْرُؤٌ (C. 19, 4; *genet.* امرئٍ, *a.* امرا) vir. | مَرِئٌ bene proficiens *cibus.* | إِمْرَأَةٌ (XII, 30, 51 امرأت; Nöldeke 245) mulier.

مَرِيدٌ admodum insolens, rebellis.

مَرِيضٌ *pl.* مَرْضَى aeger, aegrotus.

مرى — III *n. act.* مِرَآءٌ disputavit, disceptavit *de* (فى) *re.* | VIII dubitavit *de* (فى *vel* ب) *re.*

مَرْيَمُ *n. pr.*, Maria מִרְיָם.

مِزَاجٌ id quod vino miscetur.

مُزْنٌ nubes.

مَسَّ a, tetigit.

مَسَحَ a, *qd super* (ب) *rem* fricavit (IV, 46). | الْمَسِيحُ (*ex hebr.* מָשִׁיחַ, *ar.* מְשִׁיחָא, ܡܫܝܚܐ) Messias, Christus.

مَسَدٌ fibrae ligneae ex palmae libro depromptae.

مسك — IV retinuit.

مِشْجٌ *pl.* أَمْشَاجٌ res mixta, mixtura. من نُطْفَةٍ امشاجٍ ex gutta, *quae* mixturis *seminis viri et feminae constat* (LXXVI, 2; *cf.* Barth 441, *notam*).

مِصْرُ *n. pr.*, Aegyptus; *assyr.* muṣur, muṣru *et recentiorem* miṣir, *palaeopersic.* mudrâya, *hebr.* מִצְרַיִם (*dualis, nisi potius* מִצְרִים *legendum sit*), *syr.* ܡܨܪܝܢ. *Vocis origo haud est perspicua; forsan, teste* Brugsch, *orta est ex aegypt.* ta mazor (*i. e. regio locis munitis praedita*), *quo nomine* regio Tanitica *appellabatur. Cf.* Delitzsch, *Wo lag das Paradies, Leipzig* 1881, *pag.* 308—10.

مَضَى i, incessit, ambulavit.

مَطَرٌ pluvia.

مَعَ cum, una cum. C. 424. مَعِىَ *semper in Qorano pro* مَعِى mecum.

مَعِينٌ id quod limpidum fluit (*aqua, potus cet.*).

مَقْتٌ res nefanda, abominatio.

مَكَّةُ *n. pr. celeberrimae urbis in al-Ḥiǵâz sitae, ad quam, ex ipsius Muhammedis praecepto* (II, 153—4; 192—3; III, 91; V, 2, 95—6; XXII, 25), *semel in vita peregrinationem facere debent Muslimi omnes, iis tantum exceptis qui morbi vel paupertatis causa id facere nequeunt. De urbe, Muhammedis loco natali, v.* Die Chroniken der Stadt Mekka, *gesammelt und herausgegeben von Wüstenfeld, Leipzig* 1857—61 (4 *tom. in*-8); Snouck-Hurgronje, *Mekka, 's-Gravenhage* 1888 (2 *tom. in*-8). | مَكِّىٌّ, *f.* ة, Meccanus.

مَكَثَ o, permansit.

مَكَرَ o, dolum struxit, insidias *ci* posuit. | مَكْرٌ machinatio, techna, dolus.

مكن — II *qm* (*a. vel* ل *ut* XII, 21, 56; XVIII, 83) potentem fecit,

ci potestatem dedit. | مَكِينٌ stabilis, firmus, solidus; auctoritate pollens.

مِلَّةٌ religio, *praes. non islâmica.*

مَلَأَ a, implevit, replevit, *c. d. a.* | مَلَأٌ turba optimatium.

